pater platonis non ſolū ſortes eſt prior origine plato/
ne: ſed ſor. pater prior eſt origine pla. ſilio. probo: qꝛ
p̄nitas eſt per ſe cā p̄oritatis originis. includendo er
go totū illud qđ eſt per ſe cā alicui⁹ p̄oritatis non per
hoc tolliꝫ illa p̄oritas. ergo ſor. pr ꝑut includit pater/
nitatem que eſt cā prioritatis: adhuc eſſet prior origi
ne pla. ſilio: vbi includiꝫ ratio poſterioritatis origis.
ꝛ tñ ſor. vt pr eſt ſimul natura cū platōe ſilio ſicut cor/
relatiuum cū correlatiuo ¶ Poſſet etiā confirmari
rō principalis ꝯ vtranq; rñſionem ad iſtam mi. qꝛ in
ſecūda pſona nō ponitur diſtinctio aliq̄ in ꝯſtitutiuo
nec ēt ſm aptitudinem nec ſm actualitatem nec ſꝫ
rōnem ꝓprietatis ꝛ relationis: ꝛ tñ equaliter requiri
tur entitas poſitiua ꝛ entitas relatiua ad cōſtituendū
primam perſonam ſicut ſecundam: qꝛ vtraq; eſt eq̄
incommunicabilis: ꝛ vtraq; eſt eque actualis: ꝛ ſm
cōem viam nulla pōt eſſe prima entitas incōicabilis
niſi relatio originis. ¶ Contra primam viam arguiꝫ
ſpecialiter. primo per hoc ꝙ aptitudo non eſt primo
incōicabilis: non eniꝫ videꝫ aptitudo incommunica
bilis niſi vel per fundamentum cuius eſt vel ꝑ termi D
num ad quē. ſi. n. aptitudo vt aptitudo non eſt primū
ſed eſt alicuius entis cui aptitudo conuenit nec eius
vnitas ſiue incōicabilitas erit oīno primo. ſed redu/
cetur ad aliquam entitatem que ſi ſit cōicabilis: etiā
aptitudo ꝯis eſt cōicabilis. ſicut eni natura humana
cōicabilis eſt: ita aptitudo riſibilis conſequens eſt cō
municabilis: ꝛ cōiter reſpōſiones per aptitudinem
videnꝫ min⁹ efficaces: niſi deꝫ aliqđ ꝑ qđ ſit illa apti
tudo. alioquin facile eſſet ſoluere oīa dicendo hoc ſic
eſt. qꝛ talis aptitudo eſt: non ſufficit hoc: ſi enim que 8. phyſi⁷. t. c.
ratur quare lapis deſcendit: non ſufficit reſpondere: 32.
qꝛ aptus natus eſt: niſi aſſignetur que eſt ratio aptitu
dinis qꝛ. ſ. grauis: ꝛ hoc qꝛ ſic mixtum eſt: qꝛ. ſ. in eo
dominatur terra: quod eſt elemētum graue: ꝛ terra
grauis: qꝛ talis ſm aliquā q̄litatē priorem: vel qꝛ ta/
lis ſꝫ q̄ditatem ſpecificā. ¶ Quando ergo arguiꝫ per
illam rōnē ꝙ relatio conſtituit ſub rōne generatiuita
tis. qꝛ ſub rōne illa conſtituit ſub qua dat primo eſſe
incōicabile gñatiuitas vt talis. ſ. vt diſtinguitur a gñā
re eſt huiuſmodi. minor iſta dupliciter ē falſa. Et qꝛ
vt ſic non dat eſſe actualiſſimum quale ſolum poteſt
eſſe in diuinis: ꝛ qꝛ vt ſic nō dat eſſe incōicabile p̄mo

qđ per ſe requirit ad eſſe pſonale: pbō ēt illa de me/
diatiori ⁊ imediatiori concludit pro nobis. q2 loquē
do de relatione originis prime perſone ad ſcđam ip
ſa ſolū m ſub illa rōne ſub qua reſpicit immediate ſe
cundam eſt ibi actualiſſime ⁊ ſimplr incōicabilis: im
mo circunſcripta illa ratiōe ſub nulla alia eſſet ibi ac
tualiſſime nec incōicabiliter. Quod innuit in illa p/
batione ꝙ rōnes alique eiuſdē relationis ꝗſi ſunt p/
ſone iā conſtitute videbit in ꝛiſioue ad pᵐ pncipale.
poſſet ēt illud de imediatiori aliter adduci pro cōclu
ſione noſtra: q2 ſcđa pſona formalr conſtituit relatio
ne vt immediate reſpicit primā perſonā: nō eniꝫ po/
nit illa conſtitui gſlabilitate ⁊ pari rōne in propoſito.
¶ Quādo aūt confirmat illa rō per hoc ꝙ generati/
nū includit in quolibet alio nō ecōuerſo: hoc non cō/
cludit poritatem ꝯſtitutionis pſonalis: q2 non priori/
tatē in actualitate incōicabili: ſed tm̄modo in conſe/
quendo: ⁊ vt plurimū que ſunt priora in conſequen/
do: ſunt cōiora ⁊ minus incōicabilia. ¶ Cōtra ſcđm
I nullo entitas vna hic ſignata pōt eſſe extra alam quin
vel ſit formalr ad ſe vel ad alteꝝ: lꝫ forte ſm aliquos
poſſibile eſſet aliquem conceptū indifferentē haberi
qui nec per ſe eſſet ad ſe nec ad alterum: tn̄ nulla res
extra alam poſſet eſſe indifferens quin per ſe entitas
hec ſit ad ſe vel ad alterum. dět illud ḡ quod dicitur
conſtituere: vt ꝓprietas dicat. a. quero ḡ conſequen/
ter an entitas eius in re ſit formalr ad ſe vel ad alte/
rum. ſi formalr ad ſe conſtitutiuū per ipſum eſt forā/
liter ad ſe qđ ipſi negāt. ſi formalr ad alteꝝ. ergo illđ
ſub rōne formali qua conſtituit eſt relō: qđ eſt propo/
ſitū. ¶ Preterea cum dicis pīnitas vt ꝓprietas: ꝗ/
ro qđ intelligis. vel reduplicat ibi formale conſtitu/
tiuū perſone. aut aliqđ ꝯñs in re vel in intellectu for/
male ꝯſtitutiuū eius: ſi ſecundo mō. da ḡ illud formale
ꝯſtitutiuū ad qđ ſequit illud qđ ipm non eſt niſi pīnī
tas vt pīnitas. q2 modus ille non conſequit niſi illā
realitatem formalē. ḡ ꝯſtitutiuū eſt per ſe entitas ad
alterū. ſi ꝑ mō cū ꝓprietas ꝑciſe relationem rationis
iportet ſequit ꝙ illa pma pſona conſtituit relatione
rōnis: qđ eſt abſurdū. ꝙ aūt ꝑciſe iportet relationem
rōnis ꝓbat: q2 dicit hitudinē pīnitatis ad pr̄eꝫ. pater
nitas autem ad pr̄em nullam hꝫ hitudineꝫ niſi rōnis
q2 nec diſtinctionē. ¶ Iſta rō ⁊ pncipalis concluſio ꝯ
iſtam diſtinctionem declarat ſic. ꝗtūcunq; ſit rela/
tio realis ad oppoſitū realiter diſtinctum: tn̄ intellus
poteſt compare illam ad fundamētū vel ſubm ī quo
eſt: ⁊ ſi ibi non ſit diſtinctio realis nulla poteſt ibi eſſe
compatio niſi per intellm ⁊ ſolius rōnis: nunc aūt in
tellectus pōt conſiderare illud ſub rōne iſtius compa
tionis vel relōne rōnis. per hoc enim ꝙ ſic cōſiderat
nihil variat in rōne illius qđ ꝑ conſiderat. Exemplū.
riſibile compat ad hoiem ſub illa rōne ⁊ habitudine
qua eſt proprietas eius. ⁊ rōnale vt eſt dr̄ia ſpecifica ⁊
humanitas compat ad hoiem ſub rōne qua eſt nā ſi/
ue quiditas eius. In oībus iſtis compationibus non
variat eēntia per ſe eius qđ cōpat. ſi eni ꝗrat ꝗ rōe ri
ſibilitas eſt demonſtrabilis de hoie vel eſt per ſe paſ
ſio eius riſibile vt riſibile: ita ꝙ ſi verū eſt hoc. riſibile
vt ꝓprietas demonſtrat de hoie per illud: vt: denota
tur aliquid ꝯñs rationem riſibilis. nō autē diſtrahēs
ab eius rōne ēt vt cōparat ad ipm. vñ ſi riſibile ſm ꝙ
riſibile eſt qualitas: etiam vt per ſe paſſio demonſtra
ta de hoie eſt qualitas: non aūt eſt relatio: lꝫ illud qđ
dicit modū eius. ſ. ꝓprietas dicat relōnē. ¶ Cōſilr ſi
rōnale vt rōnale ſit ſubā ſuo mō. rōnale vt dr̄ia ſpecifi
ca hoīs eſt ſubā ſimili mō. lꝫ h ꝙ eſt eē dr̄iam impor

tet ꝗdā relōnē rōnis. q2 intētionē ſcđam: ⁊ ſic vlr de
quid reale conuenit alicui conſiderabili ſm ſe ⁊ ſm
aliquā hitudinē rōnis ſi dicat ſibi competere vt tale R
. ſ. vt proprietas vel dr̄ia nō deſtruit per ſe rō illi⁹ qđ
ſubeſt illi habitudini: nec illa habitudo eſt formalis
rō alicuius ꝑdicati realr inherentis. ſed tm̄mō eſt rō
ſub qua illi qđ ſubeſt competit illud ꝑdicatuꝫ. de iſta
reduplicatione eius qđ dr̄ vt tale pꝫ in precedēte. q.
articulo 2°. ¶ Ad ꝓpoſitum pīnitas vt ꝓprietas: cū
non hēatur ibi niſi ꝗdam relō rōnis ſtabit ſemp eadē
ratio formalis eius de quo dicit iſta cōpatio. ⁊ illa ꝑ/
ciſe erit rō cuiuſcunq; ꝑdicati dicti de ſubō: ⁊ ita ſi pī
nitas vt paternitas ſit relō. pīnitas vt ꝓprietas erit re
latio. ſi eni intelligeret li vt ꝓprie vt cālitas inheren/
tie ꝑdicati realis ad ſubcꝫ ſicut iſta eſt falſa: pīnitas
vt proprietas eſt relatio ad filium: ita iſta eſſet falſa.
pīnitas vt ꝓprietas eſt relatio realis: ſed ſic eſt rela/
tio rōnis: q2 hoc qđ eſt eſſe ꝓprietatē non eſt rō inhe
rentie alicuius predicati realis: cuꝫ ipm dicat forma
liter relationē rōnis. ſpecialiter aūt de ꝯſtitutione rea
li extra alam nihil iuuat tale vt: q2 qđ cōſtituit forma
liter aliqđ reale opꝫ eſſe reale ⁊ vt reale.

Aliter dicit adhuc ad mi. ꝗſi exponēdo iſtam
diſtīone ſcđam de ꝓprietate: ꝙ eēntia
diuina conſtituit pſonam. nō tn̄ abſolute vt eēntia. ſꝫ
vt ſola rōne differens a relatione. pᵐ ꝓbat ſic: q2 pſo
ne cōuenit per ſe ſubſiſtere. ſola aūt eēntia eſt ratio
ſubſiſtendi: q2 ſm Aug. 7. de tri. c. 6. vel. 9. ſubſtantia
ē qua per ſe pater ē. ⁊ idē. 5. c. 4. omnis res ad ſe ſub
ſiſtit. quanto magis deus. per relationem aūt compa
ratur perſona ad oppoſitum.

Tho. I. parte q. 36. art. 2. Quere ſeq̄/ces ei⁹ ⁊ nominales.

Contra illud cum dicit ꝙ eēntia vt ſola rō
ne differēs a relōne ꝯſtituit pſonaꝫ
primā. aut li vt. dicit formalē rōneꝫ reſpectu ꝑdicati:
aut qđ ꝯñs formalē rōnē. ſi ꝑ mō cū h qđ eſt differre
ſola rōne relōnem non iportet niſi relōnē rōnis: ſeqꝫ
ꝙ relō rationis eſt ratio formalis cōſtituendi pſonā.
Si ſecūdo mō tunc ꝗro illud reſpectu cuius illud. vt
dicit rōnē conſequētē: hoc nō pōt poni niſi eēntia ſm
ſe: q2 tu dicis ꝙ eſſentia ⁊c̄. ergo eſſentia ſꝫ ſe erit rō
conſtituendi in re: qđ tu negas. ¶ Preterea eſſentia
vt ſola rōne differens a relōne aut eſt cōmunicabilis
aut non. ſi cōmunicabilis. ḡ cōicabile formalr conſti/
tuit incōicabile: ſi incōicabilis. ⁊ eſſentia oī mō etiaꝫ
vt eſſentia ſola rōne differt a relōne tm̄mō eſt ad ſe.
⁊ ita non formaliter ad alterū ſicut relō. ⁊ tn̄ non rea
liter diſtincta a relatione. ḡ eſſentia oīno vt eſſentia ē
ſola rōne differens a relōne. ⁊ tunc vt prius eſſentia
vt eſſentia conſtitueret. ¶ Cōſilr pōt argui ſi eſſentia
vt ſola rōne dñs a relōne conſtituit tūc eēntia aut ē
ad ſe aut ad alterum. ſi eſt ad ſe ḡ ꝯſtitutum formalr
eſt ad ſe. ſi ad alterum. ḡ eēntia vt eēntia erit ad alte/
rum. q2 eēntia vt eēntia ſola rōne differt a relatione
ſicut probatum eſt. ¶ Preterea. gnāliter cōſtitutiuū
eſt conſtituto ratio differendi vel conueniendi: nō tñ L
ipm vt cōueniens vel differens ſed ſm ſe cōſtituit ſi/
cut rōnale ſm ſe non vt ꝯueniens nec vt differens cō
ſtituit hoieꝫ: lꝫ hō ꝯſtitutus per rōnale per ipſum di/
ſtinguat formalr vel ꝯueniat. diſtinctio ergo vel con
uenientia conuenit conſtituto per rōnem formalē cō
ſtitutiuam. non autem includit in ipſa ratione ꝯſtitu
tiua. Da ergo hic aliquā rationeꝫ conſtitutiuam que
ſit conſtituto rō conuenientie vel differētie. ita tamē
ꝙ in ipſa vt eſt rō conſtituendi non includat per ſe ꝑ
mo conuenientia vel differentia. ¶ Ad argumētū āt
pro iſta via de ſubſiſtere. dico ꝙ ſubſiſtere eſt equi

Pondera verbum contra ſolitas de diſtīone ex nā rei iter conſtituta ⁊ cōſtituentia.

Speculatio ſubtiliſſima

nocũ. vno mõ accipiť pro per ſe eſſe ꝑut excludit in/
M berere: ⁊ in alio eſſe vt pars in toto. ⁊ hoc mõ vnum
eſt ſubſiſtere ſicut vnũ eſt per ſe eſſe: ⁊ ſic loquũtur
auctoritates Auguſtini. Alio mõ ſubſiſtere eſt incõi-
cabiliter per ſe eſſe: ⁊ h̃ mõ ſunt tres ſubſiſtẽtes ſicut
ſunt tres pſone. qꝛ tres ſubſiſtẽtes incõicabilr. lꝫ non
ſit niſi vnũ per ſe ens. maioꝛ. g̃ iſta conſtitutiuũ pſone
dat eſſe ſubſiſtere: vel eſt rõ ſubſiſtendi. dꝫ intelligi
ſcd̃o modo. qꝛ eſt rõ incõicabiliter ſubſiſtendi.

De tertio articulo

vr̃ qꝫ ſi ali/qd cõſtitu/at ſub rõne priori ipſo ſcpato ꝑ ratione a rõne poſte/
riori poſſit remanere cõſtitutũ. q̃ g̃ diceret qꝫ relatio
originis ad ſecundã perſonã conſtituat primã ſub rõ
ne generatiui: que eſt prioꝛ rõne generationis vt gña
tio: vr̃ ↄ̃ſiter dicere qꝫ ſeparato ſiue circũſcripto gene
rare poſſet prima perſona remanere vel in ſe vel ſal
tẽ in intellũ conſiderãte: ſed in re non poſſet fieri cir
cũſcriptio vnius ſine altero: qꝛ ſunt idẽ realr. ❡ Cõ/
ſimiliter ſi gñare eſſet prius pr̃nitate ⁊ generare ſub
rõne generare cõſtitueret primã perſonã videreť qꝫ
ꝑma pſona poſſet remanere circũſcripta pr̃nitate vt
paternitas eſt. Dic ergo duo ſunt vidẽda. p̃ de re ſi ẽ
aliqua diſtinctio ꝓprietatũ in pꝛa pſona non quarũ/
cunqꝫ: qꝛ de ingenito ⁊ ſpiratione actiua non eſt hic
ſermo ſed illarũ que dicũt relationẽ originis iter pri
mã perſonã ⁊ ſecũdã. Et ſecũdo ex hoc cuꝫ quali cir
cũſcriptione vel abſtractione poſſet prima pſona re/
manere ❡ De p̃ dico duas ↄ̃nes. Prima eſt iſta. vni
N ca ſola ⁊ oĩno vnica eſt relõ originis inter primã pſo/
nã ⁊ ſecũdã. ita qꝫ nulla eſt diſtinctio talis relõnis q̃li
tercũqꝫ in re ante merã conſideratione intellſ. ❡ 2°.
dico qꝫ illa relõ que oĩno vnica eſt ſic in re põt ratio/
ne diſtingui ſiue diuerſis rõnibus conſiderari. Pri/
mũ probať duplr. p̃ ſic. vnica ⁊ ſola eſt vnius ab vno
perfecta origo. ⁊ hoc intelligẽdo originẽ actiuã vnicã
a parte originantis: ⁊ vnicã paſſiuã a parte originati.
lꝫ hec ⁊ illa ſint quodãmõ due. Relatio aũt originis
inter primã perſonã ⁊ ſecũdã dicit perfectã rationẽ
originis ſecũde perſone a p̃ª. g̃ eſt tñ vnica. ⁊ h̃ acci/
piẽdo actiue a parte pr̃is: ⁊ tũc eſt vnica actiua ſpře.
⁊ quaſi paſſiue a parte filij: ⁊ erit ibi etiã vnica paſſi-
ua: pbatio maioꝛis. illa nõ eſt pfecta originatio vni-
us ab alio: qua circũſcripta nihil minus ipſum eſſet
pfecte originatũ ab illo. ſed ſi ſint plures relationes
originis qualitercũqꝫ diſtincte a parte rei ſint. a. ⁊. b.
vna earũ circũſcripta adhuc ſecũda perſona eſſet ori
ginata a prima: qꝛ altera vt. a. eſt relatio originis: ⁊ ſi
niſi perfecte originis. g̃. b. non eſt pfecta originatio
ſiue relatio perfecte originis inter illas. ſed ſi eſſent
diſtincta ab. a. eſſet relõ originis perfecta ⁊ diſtincta.
❡ Conſilr arguiť de. b. circũſcripta. a. ⁊ ita vtralibet
iſtarũ circũſcripta eſſet ſecũda perſona a prima. qꝛ ꝑ
alterã originationẽ: ⁊ non eſſet: qꝛ perfecta eius ori/
ginatio eſſet circũſcripta. ❡ Si dicas nõ poteſt. a. cir
O cũſcribi manẽte. b. nec econuerſo. ❡ Iſtud non va/
let: qꝛ duab' originib': quarũ vtraqꝫ ſit perfecta non
põt idẽ ſuppoſitũ originari ab eodem. per vtrãqꝫ enĩ
totũ hẽret totũ eſſe. qđ poſſet accipere a ꝓducente: ⁊
ideo impoſſibile eſt qꝫ ꝑ alterã ſine manẽtem cuꝫ ea
ſiue quocũqꝫ mõ accipiat aliqđ eſſe. ❡ Hoc 2° argui
tur per quoddã argumẽtũ magis logicũ: qꝛ relatio/
nes diſtincte qualitercũqꝫ in re ſic qꝫ nõ ſint oĩno vni
ca formaliter realis: non predicanť de ſe inuicẽ in ab
ſtracto: lꝫ ſint in eodeꝫ ſuppoſito. hec enim eſt falſa.
paternitas ſiue generatio actiua eſt ſpiratio actiua. ſi

ue innaſcibilitas ſm Auguſtinũ. 5. de tri. c. 6. non eſt
hoc idẽ dicere ingenitũ: qđ eſt dicere patrem: qꝛ ⁊ ſi
filiũ non genuiſſet nihil prohiberet ipſum eſſe inge
nitũ. ❡ Iſta auctoritas habet ſuũ intellectum: qꝛ in
ſecundo articulo dictũ eſt qꝫ relatio ad ſecũdã pſonã
preſupponiť ingenito: ſed ſaltẽ tãtũ habemus qꝫ nõ
eſt hec vera predicatio in abſtracto paternitas eſt in
naſcibilitas. ⁊ hec aũt eſt vera. generatio actiua ẽ pa/
ternitas ⁊ econuerſo. ⁊ generatiuitas eſt generatio
actiua: ſicut paternitas ⁊ econuerſo.

Cõtra iſtud.

Relatio ptinẽs ad ſecũ/dũ modũ fundať ſuper
actionẽ ⁊ paſſionẽ. ex. 5. meta. ⁊ ad ꝓpoſitũ videť ibi L.c.20.
dicere qꝫ pater diciť. qꝛ genuit: ſicut filius: quia geni
tus eſt. ſicut ergo fundamẽtũ non eſt idẽ relatiõi nec
econuerſo: ſic generatio ⁊ paternitas. ❡ Hoc confir/
mať per Hil. 9. de tri. c. 15. Exitio autem a deo eſt ab
ſoluta natiuitas quã paterni nominis conſecuta eſt
confeſſio. Vult ergo dicere qꝫ paternitas ↄ̃ſequiť na
tiuitatẽ ſiue generationẽ: ⁊ hoc declarať per hoc: qꝛ
pater non eſt pater ex hoc qꝫ generat: ſed pciſe ꝑ hoc
qꝫ habet genitũ coexiſtens ſecũ. habere aũtẽ genituꝫ
coexiſtens videť differre ab eo qđ eſt generare: qꝛ
in animalibus deſcindens ſemen habet actum gene
rationis ſicut ſibi conuenit actus: ⁊ tamen tunc non
habet genitum ſecum coexiſtens ⁊ per conſequens
tunc non eſt pater: ſed poſtea.

Dico tamen

P qꝫ in deo oĩno eadẽ rela tio realis eſt generatiui/ iuxta pn'.
tas: generare paternitas: qꝛ ſm Auguſtinũ de fide
ad petrũ. c. 2. propriũ ſolius patris eſt: non qꝛ nõ ẽ na
tus ipſe: ſed qꝛ filiũ genuit: ⁊ ſm Hil. 12. de tri. patri
ꝓpriũ eſt qꝫ ſempẽ pr̃: ⁊ filio qꝫ ſemꝑ eſt filius. ⁊ po/
nit magiſter ſententiaruꝫ auctoritates li. 1. di. 26. nõ
eſt aũt niſi vna ꝓprietas pſonalis vni' pſone: g̃ eſt ea
dẽ hec ⁊ illa. eſt tñ iſta ꝓprietas diſtincte conſiderabi
lis: ⁊ ſic eſt potens hẽre diſtinctas rationes: ⁊ hec ſit
ſecunda concluſio hic propoſita: ⁊ iuuabit ad ſolutio
nem obiectorum. Dic dupliciter quidem poſſet aſſi
gnari dr̃ia rationis ſiue rõnũ ſub quibus poſſet conſi
derari iſta relatio. vna quãtũ ad indifferentiam ſiue
indeterminationẽ vel abſtractionem in conſideran/
do. Alia quãtũ ad poſſibilitatẽ vel actualitatẽ vel cõ
pletionẽ ſiue determinationẽ. quãtũ ad primam poſ
ſunt iſta conſiderari: producens naturaliter ⁊ ſimile Q
in natura producens. ⁊ tertio incõmunicabiliter exi
ſtens: ⁊ quo ad hec producẽs: ⁊ patet qꝫ tertius mo/
dus eſt indeterminatioꝛ ſecundo: ⁊ ſecundus prio.
❡ Secundo autem modo poſſum concipere hunc
hac generatione generatiuum. hunc potentem hac
generatione generare. hunc hac generatione generã
tem: hunc quia hac generatione genuit hunc: quia
hac generatione habet genitum ſecum coexiſtens.
In creaturis prima differentia eſt vlitatis ſic qꝫ extẽ
dit ſe ad plura: ſcđa differẽtia que eſt hic rationis eſt
ibi realis ⁊ cũ ſeparatione reali. pro eo qꝫ aliquid im
perfectionis ĩpoꝛtať per ſe in vno qđ non in altero: ⁊
licet in diuinis prima differentia rationis poſſit ali/
quo mõ ſaluari in vna cõſideratione intellectus: ita
qꝫ remaneat conceptus indeterminatioꝛ non rema/
nente conceptu determinatioꝛi tamen in re non iu/
uat. qꝛ omnino idẽ eſt in re qđ ſubſternitur iſti cõce/
ptui ⁊ illi. ❡ 2ª dr̃ia in diuinis ſaluat diuerſitatẽ con
ceptuũ ſiue diuerſorum modorum concipiendi: idẽ
tamen applicando ei qđ eſt in re debet in quolibet
accipi quod eſt perfectionis: ⁊ omitti quod imperfe

ctionis. nã in aptitudine ⁊ po⁹ ĩperfectionis eſt ſepa/
rari ab actu. in actu eſt impfectionis qđ non ſtatim
K. hꝫ ſecũ terminũ: ⁊ ꝙ non manet ſꝫ trãſit: ⁊ in eo qđ
quaſi ꝯſeqͥt actũ ſuũ: ſicut p̃nitas eſt imperfectionis
qđ nõ eſt ſemꝑ in ſũma actualitate cõicationis nãe. ꝑ
fectionis aũt eſt qđ manet ⁊ hꝫ ſecũ cotre^m coetnis.
Ablatis ġ imperfectionib⁹ ⁊ retẽtis his q̃ ſunt perfe/
ctionis ĝñatio non eſt tm̃ diſpoſitiua ad terminũ: ſꝫ
cõplete ꝓductiua termini: q̃ ꝗdẽ ĝñatio ꝑfecta ⁊ ĝña
tio cõpleta ⁊ ĝñatio nõ trãſiẽs ſed ſemꝑ manẽs inclu
dit totũ qđ reqͥrit. p̃nitas ẽt que non ſeqͥtur actũ ge/
nerãdi q̃ſi diſpoſitiuũ ⁊ ꝑuiũ: ⁊ ita trãſeũtẽ: ⁊ manet
in ſua actualitate cõpleta que ſemꝑ eſt incõpleta cõi
catione nãe: ipſa includit totũ. generatio ergo iſta cõ
pleta ⁊ eterna. ⁊ paternitas illa completa ⁊ eterna. ⁊
paternitas illa complete ⁊ eterne actualitatis oĩno
idẽ dicunt ex parte rei. ſed vnã rõnẽ perfectionis q̃
eſt in creaturis magis ĩportat hoc nomen generatio
q̃ꝫ paternitas: ⁊ econuerſo eſt de alia.

Ex iſtis patet ad obiecta ĩ iſto arti/
culo q̃ videnť ꝓbare
aliqñ ĩ diſtinctionẽ ex nã rei inter ĝñationẽ ⁊ p̃nita/
tẽ: qñ ꝑ arguiť ꝙ p̃nitas fundať ſuꝑ ĝñationẽ actiuã
T.c.20. ex. 5. meta. illud reqͥreret ꝓlixiorẽ tractatũ. ⁊ de hoc
Quẽ ſuꝑ. 5. ſatis dictũ eſt alibi. tñ ad ꝓpoſitum dico ꝙ ſi aliq̃ mõ
met. ⁊. 27. ⁊ ĝñatio eſt ꝑius p̃nitate in creaturis: nõ tñ eſt vt fun
28. di. i. vtri damẽtũ: ſed ipſa potẽtia ĝñatiua ſiue nã que generat
uſq̃ꝫ. ⁊. 8. di. eſt fundamẽtũ ſed eſt ꝑuia vt diſpoſitiua ſine q̃ non
3. ⁊. 6. ⁊. ij. exiſte p̃nitas non ineſt: ita ꝙ ibi eſt diſtinctio ſicut
di. 4. eſt inter diſpoſitionẽ ꝑuiã ⁊ terminũ cõpletũ. Pꝫ ġ
S ꝙ iſta ratio diſtinctionis nõ manet in diuinis: qꝛ ibi
non eſt ĝñatio niſi cõpleta ⁊ neceſſario ſecũ ponens
terminũ ineſſe. nec eſt p̃nitas ꝯñs cõicationem: ſed
perpetue cõicationis. ¶ Ad Hil. poteſt videri ꝙ no
mẽ p̃nitatis poteſt dici ſequi ĝñationẽ. ſm ꝙ iſta in
deo cõparanť ad generationẽ ⁊ paternitatẽ in crea/
turis: eſt quidẽ tũc quedã cõſecutio ſm rationẽ ſicut
in creaturis eſt ꝯſecutio realis. vbi enim aliqua ſunt
diſtincta ſm rationẽ: ſimilẽ hñt ordinẽ rõnis qualeꝫ
haberent realẽ ſi eſſent diſticta realr ſicut alias dcm̃
Supra. q. i. eſt. ¶ Si quis autẽ ꝓterue inſiſteret in verbis hui⁹
ar. 3. ⁊. i. q. ꝓ auctoritatis poſſet faciliter videri: ꝙ confeſſio noĩs
lo. i reporta paterni conſecuta eſt creationẽ mũdi: ⁊ forte nomen
tis ⁊ alibi ſe paternũ: ⁊ hoc loquẽdo de confeſſione ⁊ noĩe a quo-
pe. cũꝙ intellectu creato: ſed ipſa p̃nitas non eſt conſe
cuta nec natiuitate filij: de qua intenditur in aucto/
ritate Hil. nec ẽt generationẽ patris niſi conſecutiõe
rationis: de qua dictũ eſt. Per hoc pꝫ ad aliud qđ d̾
de paternitate ꝙ eſt hitudo hñtis ſecũ genituꝫ. ⁊ idẽ
diſtinguitur a generatione in creaturis: ⁊ per oppoſi
tum hic non diſtinguitur niſi ratione.

Ex iſtis duabus ꝯñibus. q̃ũo. ſ.
vnica ẽ in re re
latio originis p̃me ꝑſone ad ſcđaꝫ quodãmõ tñ diſti
T cta ſm rõnẽ patere põt q̃ũo p̃ma ꝑſona manere pt ſe
parata relõne origis ad ſecũdã: ſi intelligať de mane
re in eẽ reali. pꝫ ꝙ nõ. nec opꝫ diſtinguere de iſta re/
latõe vt ſm vnã rõnẽ vel aliã accepta: qꝛ quãtũ ad rẽ
vnica eſt: ⁊ ita vnica ſeꝑata in re non manet cõſtitu/
tũ per ipſaꝫ. Si aũt intelligať de manere ſm cõſide/
rationẽ intellectus: ⁊ hoc abſꝗ ĩplicatione ꝯdictõis
vt ſit ſenſus: an in ꝯſideratione intellectus ſeparata re
latione originis inter p̃mã perſonã ⁊ ſecundã poſſet
manere ſine ꝯdictione intellectus prime perſone: di
ſtinctione illa vť vtendũ q̃ prius poſita eſt de diuer/
ſis rõnib⁹ eiuſdẽ relõnis: qꝛ ipſa ſeparata ſm oẽs il/
las rõnes: ⁊ hoc in intellectu ſic circũſcribẽte eam a
ſuppoſito non manet in intellectu aliqđ ſuppoſitũ
relatũ relõne talis originis: qꝛ q̃ꝫ cito intellectus cõ/
cipit relationẽ talẽ originis ſm nullã rõnẽ ineſſe ſup
poſito. ꝯdictio eſt ꝙ ſimul ꝯcipiať ſuppoſitũ relatum
tali relatione: ſeꝑata tñ illa relatione apud intellꝫ ſꝫ
vnã rationem poſteriorẽ non eſt ꝯdictio ꝙ maneat
in intellectu ſuppoſitũ relatum ſm rationem ꝑorẽ.
Iſte aũt rõnes in intellectu noſtro hñt rationẽ conce
ptibilis prioris ⁊ poſterioris ſicut nate eſſent concipi
ab obiectis proportionabilr motiuis nr̃i intellectus.
¶ Separata tñ relatione originis ad ſecũdã ꝑſonaꝫ
ſm quãcũꝗ rõnẽ eius ſiue quãtũ ad indifferentiã ſi
ue indeterminationẽ ſiue quãtũ ad actualitatẽ ſiue
aptitudinẽ ſiue ꝑteritionẽ: adhuc forte ſine cõtradi/
ctõe poſſet intelligi d̾s incõicabilr ſubſiſtens. ¶ Sꝫ
ſi querit quo formalr intelligereť eẽ incõmunicabi
V liter exñs: ¶ R⁹ ab ipſo cõceptu relatiuo incõicabili
⁊ ab illa forma abſoluta ĩcõicabili forte poſſet abſtra
hi quidaꝫ conceptus indifferentior: hec. ſ. forma vel
entitas incõicabilis: ⁊ illud in ſuo ſingulari proprio
poſſet intelligi eẽ quo huius ꝑſone: lꝫ nõ intelligať Speculare
in ſingulari aliquo alicuius conceptus inferioris: ſicẽ diligenter.
intelligo aliqñ non ſolum ens: ſed h̃ ens: vel ſubam
hãc non determinate cõcipiendo in intellectu meo
ſingulare alicuius inferioris: puta hoc aĩal vel hunc
lapidẽ: ſicut qñ video a remotis ꝑius apprehẽdo ꝙ
eſt corpus q̃ꝫ aĩal ⁊ aĩal q̃ꝫ hoc animal: ⁊ iſtũ ꝯceptũ
indifferenteꝫ forme incõicabilis forte intellexit ille
qui concepit ſuppoſitũ in diuinis non determinãdo
in intellectu ſuo illud ſuppoſitum eẽ abſolutũ vel
relatiuũ. q̃ũo opꝫ dicere de phis. niſi ponať ꝙ oẽs eo
rum de deo cõceptus ad extra ſit falſus: qꝛ planũ eſt
ꝙ non conceperant hoc ſuppoſitum relatiuũ moue/
re celũ: ⁊ tñ aliqđ hoc ſuppoſitũ poſuerũt mouere ce
lũ: qꝛ actio non eſt niſi ſuppoſiti. ſi ergo non concepe
rũt rõnẽ ſuppoſiti incõicabilis indifferentẽ ad ſuppo
ſitũ abſolutũ ⁊ relatiuũ neceſſario conceperant hoc
ſuppoſitũ abſolutũ mouere celũ: qđ eſt falſum. Nec
iſti qđ dictũ eſt de conceptu alicuius indifferẽtis ad
abſolutũ ⁊ relatiuum ⁊ de conceptu incõicabilis ſup
poſiti ad ſuppoſitũ abſolutũ vel relatiuũ repugnat il
lud qđ dictũ ẽ ſupra ꝙ quecũꝗ entitas ſignata in re
vel eſt formaliter abſoluta vel formaliter ad alterũ: X
qꝛ bene poſſibile eſt ab aliquibus abſtrahi conceptũ
indifferentẽ nec abſolutũ nec relatiuum: ⁊ tñ qđcun
qꝫ ſignatũ exñs extra animam neceſſario ⁊ determi
nate eſt hoc vel illud: ita ꝙ indifferentia conceptus
abſtrahibilis a pluribus non concludit indifferentiã
ſingularis exiſtẽtibus ad hoc vel illud.

Ad argumẽtũ ꝑncipale pꝫ in ſolu
tõe q̃õnis ꝙ minor ẽ
neganda. ⁊ ad ꝓbõnẽ eius ꝯcediť ꝙ illa relõ conſti/
tuẽs p̃mã ꝑſonam ꝑtinet ad originẽ: imo ipſa eſt ori
ginatio actiua. ¶ Et cũ accipiť ꝙ actio preſupponit
ſuppoſitũ. ¶ R⁹ ꝙ prima entitas incõicabilis nõ ꝑ/
ſupponit aliqđ ens incõicabile: nec per ꝯñs ꝑſuppo/
nit ſuppoſitũ: qꝛ ſuppoſitũ eſt ens incõicabile. Actio
aũt p̃ma ꝓductiua ſiue ꝓductio prima vl̾ originatio
actiua eſt p̃ma entitas incõicabilis in diuinis: qꝛ illã
nihil ꝑcedit niſi memoria perfecta vel eſſentia: ⁊ to/
tũ hoc eſt cõmunicabile: ſed primũ producere non
poteſt cõicari qꝛ tunc productũ per illud ꝓduceret
ſe. qđ ẽ impoſſibile. nulla enim mens hoc capit ſm
Aug. p̃o de tri. c. ꝑ. Cũ ġ accipitur ꝙ actio non po/
teſt eẽ niſi ſuppoſiti exiſtentis: ſi intelligatur hoc

de eē hypoſtatico pōt intelligi vel ſuppoſiti exiſtis aliq̄ entitate ꝓori ipſa actiōe vel ſuppoſiti exiſtis hypoſtatice ipſa actione formalr̄. ⁊ ſic duplr̄ pōt itelligi. ꝑ mō eſt falſa. q2 nō eſt ibi entitas hypoſtatica. q2 nec incōicabile an̄ actionē. 2° mō eſt v̄a. q2 ipſa actione eſt ens hypoſtatice: q2 incōicabilr̄. ❡ Sed arguit̄ 3 ꝟ. q2 oē agere ꝓſupponit eē. ḡ agere non ꝑt eſſe ꝑma ratio eſſendi ipſius agētis. ❡ R° eſſe in diuinis ꝑt accipi vel pro eſſe ſimplr̄ vel pro eſſe icōicabili. ſimplr̄ non ē ibi niſi vnicū eē. ſic ſepe dictū eſt ꝑ Aug. vt eēn tie. eſſe aūt incōicabile ſiue hypoſtaticuʒ eſt ibi aliud ⁊ aliud: ſicut alia ⁊ alia ꝑſona. Si ḡ accipias in ꝓpoſito ꝙ agere ꝓſupponit eſſe ſimplr̄: qḋ eſt eſſe ad ſe cōcedo. Si aūt accipias ꝙ agere preſupponit eē hypoſtaticū: qḋ in ꝓpoſito non eſt niſi eē ad alterū. falſum eſt. q2 ipſum agere eſt primū eſſe ad alterū ſicut ipſa actio ꝓductiua eſt prima habitudo ad alteruʒ ❡ Et ſi arguas ꝙ nō ſolū agere preſupponit qḋcūq3 eē. ſʒ ꝓſupponit potēs agere. ſi enim nihil eſt potēs agere tūc non erit actio. ſed potens agere nihil eſt in ꝓpoſito niſi ſuppoſitū. ḡ vt prius agere preſupponit ſuppoſitū. ❡ R° hic poſſe agere nullo modo a parte rei ꝓſupponit̄ ipſi agere. imo agens eſt ꝑ potēs ipſo agere

Aa ſed ꝓſupponit illud quo: vt ꝑn° formali aliq̄d eſt potens agere. Iſtud ⁊ oia dicta in ſolutione iſtius argumenti patere pñt ſi concipiat̄ hoc. ꝙ aliqua hītudo realis vnica originis eſt inter primā perſonā ⁊ ſecundā. Illa enim vnica eſt ꝓductio actiua ⁊ eſt hītudo ꝓducētis ad ꝓductū. ſed vt cōiter loq̄mur de ꝓductione tanq̄3 de hītudine vel relatōe ɔcipimus ipſaʒ hēre aliq̄d vt fundamētū. qn̄ loq̄mur de ea vt de actione ɔcipim⁹ eā hīe ꝑncipiū formale ꝓductiuū. ſi ḡ alicui non eſt difficile concipe ꝙ relō non ꝓſupponit ſuppoſitū. ſed tn̄ eſſentiā que ē q̄ſi fundamētū ſicut ɔcedit̄ cōiter ſm̄ cōem viā. ſi eſt ei difficile ɔcipe ꝙ actio non ꝓſupponit ſuppoſitū neq3 vt agēs neq3 vt potens agere. ſed tn̄ preſupponit eſſentiā que eſt q̄ſi ratio formalis agendi. ❡ Si 3 iſtud arguit̄. actio in diuinis non eſt pure relatio: ſed aliq̄d abſolutū. Hoc dictū licet in creaturis a quibuſdā negaret̄ ſaltē de actione productiua: q2 non vr̄ ꝙ rō ꝓductionis actiue poſſit intelligi ad ſe ſed ad alterū. tn̄ quicquid ſit de hoc in diuinis actio ꝓductiua eſt mere hītudo. q2 ſm̄ Aug. 5. de tri. c. 5. ⁊ 10. Omne qḋ eſt in diuinis aut ſm̄ ſubſtātiā dr̄ aut ad alterū. ⁊ qḋ ſm̄ ſubſtātiā dicitur cōe eſt. origo igit̄ q̄cunq3 ſiue dicat̄ actio ſiue paſſio formalr̄ eſt relō. ❡ Si tādē arguit̄ logice omnis actio denoīat aliqḋ agens ſed in ꝓpoſito non denominat niſi ſuppoſitū. denoīans autē ꝓſupponit illud qḋ ꝑ ipſuʒ denoīat̄. ḡ ⁊c. ❡ Ad hoc pʒ ex reſſione ad

Bb ꝑmū argumētū in tertio articulo qōnis ꝑcedētis. vbi dictū eſt ꝙ nullū ꝑſonale in diuinis ꝓprie ꝑdicatur denoīatiue de aliq̄ ſubiecto incōicabili de quo ē mō ſermo. lʒ forte poſſet dici ꝑdicari denoīatiue de aliq̄ ſignificāte eſſentiā cōiter in concreto. vt de⁹ eſt generās. de tali denoīatione non opʒ hic loqui: q2 talis ꝑdicatio denoīatiua verificat̄ ꝑ aliquo ɔtēto ſub ſubiecto. q̄re aūt nō ſit ibi ꝓprie denoīatio ſiue ꝑdicatio denoīatiua de ſubiecto nō trāſcēdēte. cā eſt. q2 ꝓprie ꝑdicatio denoīatiua de ſubiecto nō eſt niſi in cōcreto. ⁊ non de eo qḋ includit ꝓpriū: ſed de ſubiecto receptiuo ꝓpriū. ꝓprietas aūt ꝑſonalis in diuinis nō ꝑdicat̄ de aliquo in ɔcreto non trāſcēdēte niſi de ipſa ꝑſona conſtituta ꝑ ipſaʒ: ⁊ ita includēte ipſaʒ. ḡ de illa non denoīatiue ꝑdicat̄. ſola aūt eſſentia eſt ibi q̄ſi ſubiectū receptiuū talis ꝓprietatis. ❡ Sed de eſſentia non ꝑdicat̄ in concreto ꝓꝑ cām que tangetur in ſine primi articuli qōnis ſequētis. ❡ Cōſequēter querit̄ de relōne originis in diuinis quantū ad ꝑfectionē ſuā intrinſecā. ⁊ eſt qō. Vide. ū. q. 3. art. 3. idem.

Qō. V.

Utrum relō originis ſit formalr̄ infinita: arguit̄ ꝙ nō. q2 q̄cq̄d eſt formalr̄ īfinitū ē ꝑfectio ſimpliciter. q2 non ꝑt eſſe magis ꝑfectū q̄3 infinitū formalr̄. relō originis nō ē ꝑfectio ſimplr̄. ḡ ⁊c. ꝓbō mi. vna ꝑſona hʒ relōnē origis quā alia non hʒ. ſi igit̄ illa eſſet ꝑfectio ſimpliciter: vna ꝑſona hēret aliquā ꝑfectioneʒ ſimplr̄ qua alia careret: qḋ eſt inconueniēs. ❡ Oppoſitū arguit̄ ſic. ens diuidit̄ per finitū ⁊ infinitū p̄uſq̄3 deſcendat in decē genera. ḡ qḋcūq3 ens ⁊ ſi non ſit in aliq̄ genere erit finitū vel infinitū. relō origis non eſt finita: q2 tūc non eſſet idē realr̄ eſſentie diuine. finitū. n. non ꝑt eſſe idem realiter infinito. igit̄ ipſa eſt formaliter infinita.

Hic ſunt tria videnda. ꝑ de itellu qōnis. 2° quid eſt tenendū de qōne. tertio dubia occurentia excludentur.

De primo Infinitū ſm̄ ꝑhm̄ 3° phyſi. ē cui⁹ q̄titatē accipiētibus. i. q̄ tūcūq3 accipiētib⁹ ſemꝑ aliq̄d reſtat accipe. Et rō ē. q2 infinitū in quātitate (ſicut loq̄tur ꝑhs) non ꝑt hre eſſe niſi in po° accipiendo ſemꝑ alterū poſt alterū: ⁊ ſō q̄tūcūq3 accipiat̄. illud non eſt niſi finitū: ⁊ quedā pars totius infiniti potētialis. ⁊ ideo reſtat aliq̄d alterū ipſius infiniti accipiēdū. Ex hoc concludit ꝙ ſicut infinitū hʒ eſſe in fieri ⁊ in potentia in quātitate. ita non hʒ rōnē totius. q2 totū eſt cuius nihil eſt extra. ſʒ extra illud infinitū: hoc eſt extra illud qḋ habet eē de ipſo ſemꝑ eſt aliq̄d extra nec eſt perfectū: q2 ꝑfectuʒ eſt cui nihil ꝑfectionis deeſt. ſʒ iſti ſemꝑ aliq̄d deeſt. ❡ Ex hoc ad ꝓpoſitū cōmutemus rōnē infiniti i potētia in quātitate in ratione infiniti in actu in q̄tītate: ſi poſſet ibi eſſe in actu. ſi eni nūc neceſſario ſꝑ creſceret q̄titas infiniti ꝑ acceptionē partis poſt partē. ⁊ imaginaremur oēs ꝑtes acceptibiles eſſe ſimul acceptas ⁊ ſil' remanere. haberem⁹ infinitā q̄titatē in actu. q2 tāta eſſet in actu quāta eſſet in po°. Et oēs ille ꝑtes que in infinita ſucceſſione eēnt reducte in actū ⁊ haberent eſſe poſt alias. tunc ſimul eſſent i actu accepte. illud infinitū in actu vere eſſet totū ⁊ vere ꝑfectū totū. q2 nihil ſui eſſet extra. perfectū eſſet. q2 nihil ſibi deeſſet. imo nihil poſſet addi ſm̄ rationē q̄titatis q2 tunc poſſet excedi. ❡ Ex hoc vltra. Si in entibus intelligamus aliq̄d infinitū in entitate in actu: illud dʒ intelligi proportionabiliter quātitati imaginate infinite in actu. ſic: vt ens illud dicat̄ infinitum qḋ non poteſt ab aliquo in entitate excedi: ⁊ ipſum vere hēbit rōnē totius ⁊ perfecti. totius quidē: q2 lʒ totū infinitū actu in quātitate nulla ꝑte ſui nec etiaʒ parte quātitatis talis careret. tamē quelibet pars eſſet extra aliā. ⁊ ſic totū eſſet ex imꝑfectis. ſed ens infinitū i entitate ſic nihil entitatis hʒ extra. ꝙ nec ei⁹ totalitas dependet ex aliquibus imperfectis in entitate. ſic enim totū eſt qḋ nullā habet partē extrinſecā. q2 tūc non eſſet totaliter totū: ita etiā quāuis infinitū in actu eſſet ꝑfectū in q̄titate. q2 ſibi ſm̄ ſe totū nihil quātitatis talis deeſſet. tn̄ cuilibet ꝑti ei⁹ deeſſet aliquid quātitatis: que. ſ. eſſet in altera. nec ipſuʒ eēt ſic ꝑfectū niſi qḋlibet ei⁹ eſſet imꝑfectū. Sʒ ens infinitū ſic eſt ꝑfectū. ꝙ nec ſibi nec alicui eius deeſt aliq̄d. Sic ḡ ex ratione infiniti poſita in 3° phyſi. ꝑ applicando ſm̄ imaginationē ad infinitatem actualem in-

T. c. 63. T. c. 63. ⁊ iſi. 5. met. t. c. 21 ⁊ 10. meta. t. c. 13. 3. phy. t. c. 69 Speculatio ſubtiliſſima

quātitate: ſi eēt poſſo: vlterius applicādo ad infinitatē actualē i entitate vbi eſt poſſo. habem⁹ aliq̄lē intellectū q̄lr ↄcedēdū eſt ens infinitū intēſiue ſiue in pfectione vel in v̄tute. Ex hoc poſſumus ens infinitū in
B entitate ſic deſcribere. ꝙ ipſuꝫ eſt cui nihil entitatis deeſt. eo modo q̄ poſe eſt illud hr̄i in aliquo vno. Et hoc pro tāto addit: qꝛ non pt in ſe realr̄ ⁊ formalr̄ per
3. phyſ. t.c. 62. ⁊ 67. idētitatē oēm entitatē hr̄e. pt ēt deſcribi p exceſſum ad qōcūq̧ aliud ens finitū ſic. Ens infinitū eſt qd̄ excedit qōcūq̧ ens finitū non ſm aliquā determinatā pportionē: ſed vltra oēm determinatā pportioneꝫ: vel determinabilē. verbi grā. accipiat̄ hec entitas albedo. excedit̄ ab alia entitate que eſt ſcia i triplo. iterū excedit̄ ab aīa intellectiua in decuplo. iteruꝫ a ſupremo angelo: eſto ꝙ in centuplo qualitercūq̧ pcedis in entibus ſemp eſſet dare in qua pportione determinata ſupremū excedit infimū. non ꝙ ibi ſit pprie pportio talis quali vtunt̄ mathematici: qꝛ non ↄſtat angelus ex aliquo inferiori cū aliquo addito cū ſit ſimplicior. ſed intelligēdū eſt h̄ ſm pportionem virtutis ⁊ pfectōiꝫ ſicut eſt exceſſus in ſpecieb⁹. Hoc modo p oppoſitū infinitū excedit in entitate finitum vltra oēm pportionē aſſignabilē. ℭ Ex hoc ſequitur
C ꝙ infinitas intēſiua non ſic ſe hꝫ ad ens qd̄ dr̄ infinitū tanq̄ q̄dā paſſio extrinſeca adueniēs illi enti. nec ēt eo modo q̄ verū ⁊ bonū intelligunt̄ paſſiones vel pprietates entis: imo infinitas intēſiua dicit modū intrinſecū illius entitatis cui⁹ eſt. ſic intrinſecū ꝙ circūſcribēdo qōlibet qd̄ eſt pprietas vel quaſi pprietas eius adhuc infinitas eius nō excludit̄: ſed icludit̄ in ipſa entitate que eſt vnica. vn̄ de ipſa entitate p̄ciſiſſime accepta: abſq̧ .ſ. q̄cūq̧ pprietate verū eſt dicere ꝙ aliquā magnitudinē ppriā virtutis hꝫ ſibi intrinſecā: ⁊ nō magnitudinē finitā: qꝛ ipſa repugnat ſibi: ḡ infinitā. ipꝫ ēt infinitū p̄ciſiſſime acceptū nō ſub aliqua rōne pprietatis attributalis vt bonitatis vel ſapie pōt cōparari ſm ordinē eſſentialeꝫ ad aliqua q̄ excedit. ⁊ nō ſm aliquā pportionē determinataꝫ: qꝛ tūc eſſet finitū. intrinſecus ḡ modus cuiuſlibet infiniti intēſiue eſt ipſa infinitas q̄ intrinſece dicit ipm̄ eē cui nihil deeſt: ⁊ ꝙ excedit oē finitū vltra oēm pportionē determinabilē. ℭ Et iſtud correlariū ↄfirmat̄
9. vel. 12. per Dam. c. 7. vbi ipſe vult ꝙ eſſentia dicit pelagus ſubē infinitū ⁊ interminatū. ſba ḡ ſꝫ ꝙ hꝫ rōnē oīno p̄mi in diuinis: ⁊ vocat̄ ab eo pelagus ſic ipſa eſt infinita ⁊ interminata. ſic aūt nō includit̄ in ea nec veritas nec bonitas nec aliq̄ pprietas attributalis. ḡ ipſa infinitas eſt magis modus intrinſecus eēntie q̄ aliqd̄ attributū. ℭ Viſo de infinito de h̄ qd̄ querit̄ videam⁹. ſ. ſi reſo formalr̄ poſſet eſſe īfinita. hoc enī nō eſt q̄rere ſi reſo ſit eadē realr̄ alicui infinito de q̄ non eſt dubiū cōiter loquēdo: qꝛ realr̄ eſt eadeꝫ eſſentie: nec ēt eſt querere ſi reſo ſit p idētitatē illud infinitū.
Expō ſubtiliſſima qōis ppoſite. ſed eſt q̄rere ſi reſo formalr̄: h̄ eſt ſm ſuā entitatē ppriā que eſt entitas ad alterū ſit infinita intēſiue infinitate illius entitatis. h̄ eſt ſi entitati pprie huius p̄nitatis: vt eſt entitas ppria huius p̄nitatis: ſit infinitas intēſiua modus p ſe intrinſecus. ita p ſe intrinſecus ꝙ nō tm̄ rōne alicui⁹ alterius qd̄ ſit realr̄ illi entitati idē. ſed nō includēdo aliquā entitatē niſi iſtam: imo circūſcribēdo qōlibet p̄ter iſtā ad alterū adhuc eſſet entitas illa que eſt ad alterū intēſiue infinita in ſeipſa: ℭ Ex h̄ pꝫ ſtatiꝫ ꝙ rn̄ſio illa que cōiter dat̄ nō eſt ad qōnē: vtpote dicēdo ꝙ reſo originis eſt infinita formalr̄. qꝛ eſſentia eſt infinita: ⁊ illa reſo eſt eſſentia. Nō eniꝫ querit̄ ſi ſit p idētitatē aliqua res que ſit formaliter infinita: ſed q̄rit̄ an ipſa per ſe p̄ mō ſit illa res cuius modus p ſe intrinſecus ſit infinitas. Et iō ſi ſic arguit̄: diuinitas ē īfinita. p̄nitas eſt diuinitas. ḡ ⁊c. pꝫ ꝙ argumētū non ↄcludit: qꝛ maior eſt v̄a de p̄dicatione formali. minor aūt non niſi de p̄dicatiōe p idētitatē. p̄nitas eſt deitas ſm oēs. ḡ non poteſt inferri ↄcluſio in qua eſt p̄dicatio formalis: qꝛ non pōt
maior idētitas concludi in ↄcluſione extremoruꝫ q̄ ſit idētitas eoruꝫ ad mediū in p̄miſſis. Vn̄ ex altera de neccio ⁊ altera de ↄtingēti non ſeqtur ↄcluſio niſi ↄtingēs vel vnio ↄtingēs extremoꝝ. Niſi aūt in ↄcluſione hr̄et̄ p̄dicatio formalis hui⁹ .ſ. p̄nitas eſt infinita: nō hr̄et̄ ppoſitū ſicut pꝫ p intellectū prius expoſitū qꝛ nō hr̄et̄ niſi ꝙ p idētitatē eſt res quedā q̄ eſt infinita. ℭ Si aūt intēdas ↄcludere p̄dicationē formalē: ⁊ nō tm̄ p idētitatē ibi eſſet cōmutatio p̄dicationis idētice in p̄dicationē formalē: ⁊ iō in illatiōe eſt fallacia figure dictionis. cōmutat̄ eniꝫ quale q̄d in h̄ aliquid .i. interp̄tat̄ mediū qd̄ eſt quale q̄d eſſe hoc aliq̄d: qꝛ ſicut ille q̄ ex medio dicēte quale q̄d iſert mediū dicēs h̄ aliq̄d: ita hic ex vi illatiōis talis predicationis formalis intēdit inferre ac ſi eēt h̄ aliq̄d ex vi illatiōis: q̄ alr̄ nō teneret. altera aūt nō fuit vera niſi p idētitatē: ḡ cōmutans p̄dicationē p idētitatē in formalē vr̄ interp̄tari vtraq̧ p̄dicationē in premiſſis fuiſſe formalē: ſed nō eſt ibi p̄dicatio formalis. qꝛ nō pōt illa minor verificari niſi p p̄dicationē idēticā. ℭ Pōt
E aūt breuiter dici ꝙ ↄcluſio iſta. p̄nitas ē infinita. pprie loquēdo nō eſt v̄a. ⁊ rō eſt ex mō ſignificādi formali adiectiui: qꝛ ſignificat formā: vt forma eſt eius de q̄ dr̄ pp iſtā pprietatē adiectiuū nō pt p̄dicari niſi p̄dicatione formali: ⁊ tūc inferēdo eā ex p̄miſſis erit fallacia figure dictionis ſm modū prius aſſignatū. ſi ḡ infinitū nō dr̄ formali p̄dicatione de p̄nitate ſimpliciter: ↄcluſio eſt falſa. ſic ḡ intelligēdo cōcluſioneꝫ de idētitate reali alicuius infiniti ad p̄nitatē tm̄mō dꝫ inferri hec ↄcluſio. ſ. ꝙ p̄nitas eſt aliq̄d qd̄ eſt infinitū: ſed qd̄ hꝫ ſpālē difficultatē ſꝫ ꝙ alio mō intelligit̄. ſ. de infinitate que ſit formalis modus intrinſecus paternitatis ſm ſuam entitatem.

De ſecundo arti⁹ teneo hāc ↄnē ſꝫ ꝙ expoſitū eſt. p̄nitas non F
eſt formalr̄ infinita. Et ad h̄ ſunt tres rōnes. p̄ᵃ rō ſumit̄ ex entis infiniti vnitate. 2ᵃ ex eius cōicabilitate. 3ᵃ ex eius ſimplicitate ⁊ incōpoſſibilitate. Si quidē ens infinitū intēſiue eſt vnicū iplurificabile ⁊ non arctatum ſed cōicabile ⁊ cuicūq̧ incōponibile.

Prima rō ſic foīat̄ non p̄nt eſſe plura realr̄ diſtincta ⁊ formalr̄ infinita. plures ſunt reſones originis realr̄ diſtincte. ḡ non ſunt formaliter intēſiue infinite. nec p ↄ̄ñs aliqua illaꝝ: qꝛ q̄ rōe vna ⁊ quelibet alia. maior pbat̄. p̄io cōparando iſta plura inter ſe. 2° cōparando infinitū intenſiue ad entia finita gnāliter. ⁊ 3° ad intellectū ⁊ volūtatem ſpāliter. P̄io ſic. infinito nihil deficit entitatis eo mō q̄ poſe eſt illud hr̄i in vno: ſed oēm perfectionē ſimplr̄ poſe eſt realr̄: ⁊ per idētitatē haberi in vno ſumme pfecto. infinitū ḡ hꝫ in ſe realr̄ ⁊ per idētitateꝫ oēm pfectionē ſimplr̄: ſꝫ nō hꝫ in ſe realiter ⁊ per idētitateꝫ illud qd̄ realr̄ eſt diſtinctuꝫ ab eo. ḡ ab infinito nulla pfectio ſimplr̄ ſiue nullū pfectū ſimplr̄ pōt eſſe realr̄ diſtinctū. eēt aūt pfectio ſimplr̄ diſtincta realiter ſi eſſet aliud infinitū realr̄ diſtinctū. Hēmus ḡ ma. ꝙ nō p̄nt eſſe infinita plura realr̄ diſtīcta. Sꝫ in pbōne illa ma. 2ᵃ ppō vr̄ eē pbāda. ſ. ꝙ poſe ē oēm perfectiōeꝫ ſimplr̄ per identitatem haberi in ſumme perfecto.

pbat̃ ĝ ſic. q2 nihil eſt ſūme pfectū cui deficit aliq̃ p/
fectio ſimplr̃. qđ pbat̃. q2 nulla pfectio ſimplr̃ ē incō/
6 poſſibilis alteri pfectioni ſimplr̃: ⁊ ſi non poſſet q̃libz
hŕi in ſūme pfecto. hoc eſſet pp aliquā icōpoſſibilita/
tem eaꝝ. q̄ſſuptū. ſ. ꝙ nulla ſit incōpoſſibilis alteri. p/
bat̃ p rōnē pfectionis ſimplr̃: q2. n. ipſa eſt melior in
q̄libet q̄ꝫ nō ipſa: hoc eſt q̄ꝫ q̄ðlibet icōpoſſibile ſibi.
ſicut exponit̃ dictū Anſ. in rōne 2ª pncipali h⁹ articu
li. ſi ſint ĝ due pfectiones ſimplr̃ incōpoſſibiles inter
ſe dicant̃. a. ⁊. b. a. erit in q̄libet melius ipm q̄ꝫ nō ip/
ſum. h ē q̄ꝫ q̄ðlibet incōpoſſibile ſibi. ⁊ ita erit meli⁹
b. qđ ponit̃ incōpoſſibile ſibi: ⁊ pari rōne. b. ſi eſt pfe/
ctio ſimplr̃ erit melius q̄ꝫ. a talis circulatio eſt ipoſſi
3. thopi. c. 3. bilis: q2 tūc idē eſſet impfectius ſeipſo. ¶ 2° cōparā-
do illa plura īter ſe pbari pōt illa maior p hoc ꝙ plu/
ra bona excedūt in bonitate idē bonū vnū. ⁊ h qđ i q̄
libet illoꝝ pluriū eſt eq̄lis bonitas ſicut in vno illoꝝ.
nūc aūt ſi ſint plura infinita in q̄libet eoꝝ eſt eq̄lis bo
nitas ſicut in vno quolibet eoꝝ. ĝ illa plura bōa exce/
dūt in bonitate illud vnū bonū: ⁊ ita illud vnū non ē
īfinitū. ¶ Et ſi dicas ꝙ ſic argueret̃ ꝙ de⁹ ⁊ creatura
excedunt deū. Non valet: tū q2 q̄ðlibet illoꝝ pluriū
Rō notabi/ non eſt eque bonū cū vno illoꝝ. Et idē eſt ꝙ bonitas
lis ſolonis. cuiuſcūq2 illoꝝ alterius ab illo vno eminēter cōtinet̃
in illo vno. ⁊ iō ipm cū illo bono acceptū non auget
neq2 exceſſum facit ſup illud bonū in ſe. oppoſitū eſt
in hypotheſi: q2 ibi vnū bonū non continet̃ totaliter
eminēter in altero: q2 hoc eſt ɔ rōnē īfiniti. ¶ Ex cō-
paratione autē infiniti ad alia finita gñalr̃ arguit̃ ſic.
vnū infinitū ſufficiēter terminat dependentiā oium fi
nitoꝝ: ⁊ ſpāliter p⁹ᵐ a quo depēdent: ſed nō pñt plura
D ſufficiēter terminare depēdētiā in eodē ordine depē
dētie eiuſdē depēdētie: ĝ nec plura eē infinita. pbō
maioris ſicut depēdētia q̄cūq2 eſt rōne impfectiōis.
ſic terminare depēdētiā non q̄licūq2 ſʒ p: cōuenit
alicui rōne pfectionis. ſūma āt pfectio quā ipoſe eſt
excedi eſt in vno īfinito ītēſiue. ¶ Appet ēt illa ma/
ior de facto: q2 vnica eēntia terminat ſufficiēter oēꝫ
depēdentiā cuiuſcūq2 depēdentis: q2 tā illam que ē
ad pmā cām efficientē: q̄ꝫ illā q̄ eſt ad cām exēplarē:
⁊ ad pmā finalē minor aūt. ſ. ꝙ nō pñt eē plura p ter/
minātia eādē depēdentiā. pbat̃. q2 illud nō terminat
ſufficiēter dependentiā quo circūſcripto ſufficienter
terminat̃ illa depēdentia: q2 tūc aliq̄d depēderet ab
aliq̄ quo circūſcripto nihil min⁹ hēret a quo ſufficiē/
ter depēderet: ⁊ p ɔñs quo circūſcripto adhuc poſſet
remanere in ſuo eē. ſed ſi plura in eodē ordine poſ-
ſent ſufficiēter terminare depēdētiā. vno eoꝝ circū/
ſcripto adhuc terminaret̃ depēdentia cōplete que ē
ad alteꝝ. ⁊ ita illud non terminat: ⁊ pari rōne de alte
ro argueret̃: ⁊ ſic neutrū vel vtrūq2 terminat. Sicut
ĝ pma pbatio maioris pcedit ex hoc ꝙ īfinitū hʒ rea
liter ⁊ vnitiue oēm pfectionē ſimplr̃: q2 oīs talis pōt
hoc mō hŕi in eodē. ſic iſta pbō pcedit ex hoc ꝙ īfi/
nitū hʒ in ſe eminēter ⁊ ɔtētiue oēm pfectionē limi/
tatā: ⁊ ex hoc oēm depēdentiā entis limitati ſufficiē
ter terminare pōt. ⁊ ſic iſte due pcedūt ex hoc qđ di
3 ctū eſt in p articulo de infinito ꝙ hʒ oēꝫ rōnē entita/
tis ſiue oēm entitatē eo mō q̄ poſe eſt hŕi ab vno: qđ
eſt vel identice p pfectionib⁹ ſimplr̃ vel eminenter
p pfectionib⁹ limitatis. ¶ Ex iſta āt ɔparatione infi/
2. iiz. met. niti ad alia gñaliter pōt argui breuiter ſic. In entib⁹
in tex. ſm ordinē eſſentialē aſcēdendo ſemp itur ad vnita/
tem. ⁊ p ɔñs neceē eſt illū ordinē ſtatū hŕe in aliq̄ vno
īfinitū āt itēſiue eſt oīno ſūmū: ⁊ hoc ſm ordinem
eſſentialeꝫ: ĝ eſt oīno vnū. ¶ 3° pbat̃ maior ſpāliter
ex ordine īfiniti ad ītellectū ⁊ volūtatē: ⁊ hoc ſic: ens Pone ma.
īfinitū eſt obiectū p⁹ᵐ intellēs īfiniti. ⁊ obiectū eius ēt loco mi. q̄a
beatificū: ſed non pñt eē eiuſdē intellect⁹ infiniti plu ſic procedit
ra obiecta pma ⁊ beatifica. ¶ Confiſr ēt poſſet argui declaratio
de obiecto p ⁊ beatifico voluntatis. Prima ppō pōt doc.
intelligi de pmitate triplici: ⁊ de qualibet eſt va: ⁊ ſʒ
hoc pma ppō ɔtinet tria mēbra vna pmitas obiecti
dr̃ eē pmitas adeq̄tionis. q̄ñ. ſ. potentia nō excedit il
lud obiectū: q̄ō coloratū vel luminoſum dr̃ eē pmū
obiectū viſus. Alio mō p⁹ᵐ pōt dici virtute cui⁹ oē ali
ud ītelligit̃ vel cognoſcit̃ a tali intellectu: q̄ō lux eſt
p⁹ᵐ obiectū viſus. ¶ 3° mō p⁹ᵐ pōt dici pfectionis qđ
in ſe ɔtinet tanq̄ꝫ in ſummo pfectionē oīuꝫ obiecto
rū ⁊ virtutem pficiendi potentiā. obiectū āt beatifi
cū eſt illud in quo ſūme pficit̃ ⁊ q̄etat̃ ⁊ ſatiat̃ ītelēt.
Ex his trib⁹ pñt accipi tres maiores. nā idē intellus
non hʒ diſtincta adeq̄ta obiecta: q2 non pōt in aliud
obiectū diſtinctū ɔ ſuū obiectū adeq̄tū: q2 tūc idem
obiectū eſſet adeq̄tū ⁊ non adeq̄tū: ⁊ tūc potentia ex
cederet illud in operādo circa aliud ex equo diſtin-
ctū. ⁊ ēt nec potentia pōt hŕe plura obiecta pma pmi
tate virtutis q̄ eſt ſcđs intellēs: q2 non pōt eſſe ꝙ vtu
te. a. ītelligat q̄cq̄d ītellexerit: ⁊ ita. b. ⁊ ex vtute. b. in
telligat q̄cq̄d intellexerit: ⁊ ita. a. q2 ꝙ. a. ſit rō intelli/
gendi. b. ⁊ ecōuerſo eſt circulatio: ⁊ iſta circulatio eſt
ipoſſibilis. nec pōt ēt intellēs ſūme q̄etari in duob⁹ ex
equo diſtinctis: q2 non hʒ p obiecto beatifico ⁊ q̄e-
tatiuo illud quo circūſcripto nihil min⁹ quietaret̃ ⁊
beatificaret̃. ſed circūſcripto vno adhuc eēt in alio ſu
me ſatiatus q̄etatus ⁊ pfectus. ĝ in illo non poſſet eē
pfectus. pari rōne nec in alio. Potēt igit̃ tres ma. q2
eiuſdē intellēs non pñt plura eſſe obiecta ex equo di
ſtincta pma pmitate adeq̄tionis: nec pma primitate
virtutis: nec pma pmitate pfectionis ſicut obiectū
beatificū eſt p⁹ᵐ. minor. ſ. ꝙ īfinitū formalr̃ ⁊ itenſiue
eſt p⁹ᵐ obm ītellēs diuini q̄libet iſtoꝝ modoꝝ. pbat̃ ⁊
p de 2ª pmitate: q2 qđ eſt rō eſſendi eſt rō cognoſcē
di. infinitū ĝ cū eminenter ɔtineat in ſe q̄ðlibet ſm 2. meta.
oēm entitatē: ēt eminenter ɔtinet in ſe oēm cogno/ T. c. 4.
ſcibilitatē. ſic āt ɔtinens vtualr̃ aliq̄d eſt ēt motiuū
ad ei⁹ cognitionē. ſic ĝ īfinitū itenſiue q̄ðcūq2 hʒ rō/
nem obiecti pmi reſpectu ītellect⁹ diuini ⁊ hoc pmi 2
tate vtutis. ¶ Ex hoc ſeq̄tur ꝙ ipʒ eſt obiectū pmū In plo. 2. ⁊
pmitate adeq̄tionis: q2 ſicut oñſuꝫ eſt alibi in mā de 3. di. 1. q. 3.
intellēs diuīo. ītellēs diuin⁹ nō hʒ obiectū adeq̄tū cōe di. eiuſdeꝫ.
p abſtractionē ab oīb⁹ obiectis: ſed cōe cōitate virtu iz. meta.
tis ad oīa pſe obiecta. alias vileſceret eius intellus: T. c. 51.
q2 poſſet imutari ab obiecto finito. qđ ĝ eſt ſibi pmū
vtualiter eſt ēt p⁹ᵐ adeq̄tū. ¶ Ex hoc ēt pʒ 3ª pmitas
ſ. pfectionis q̄ eſt obiecti beatifici: q2 in perfectiſſimo
obiecto ⁊ ſūme cōtinente oēm perfectionem oīum
obiectoꝝ ſumme q̄etat̃ pficit̃: ⁊ ſatiat̃ ipſa potentia:
⁊ ita beatificat̃. ¶ Confirmat̃ iſta rō q̄ꝫtū ad maiorē
⁊ minorē. q2 ſint plura infinita diſtincta. a. ⁊. b. Intel
lectus diuin⁹ poterit intelligere vtrūq2. alioq̄n alteꝝ
non hŕet rōnem entis. neutrū aūt poteſt intelligi niſi
actu cōprehenſiuo cū ſit formaliter infinitū. vnico āt
actu comprehenſiuo non pñt intelligi duo diſtincta
habentia propriam infinitatem. q2 vnicum obiectū
intenſiue infinitum adequatur vnice comprehenſio
ni. ergo intellectus diuinus duobus actibus comp/
henſiuis intelligeret. a ⁊. b. ergo ſm illos haberet ſi/
mul duos actus. quod eſt impoſſibile. quia vnica cō
prehenſio infinita ⁊ infiniti adequat̃ vni intellectui
infinito vel nō ſimul: ⁊ ita ſucceſſio vel mutatio vel
nunq̄ꝫ cū vtrunq2 ſit infinitum intenſiue.

m **Secūda** rō pncipalis de cōicabilitate ſic formaĩ. oīs pfectio ſimplr eſt cōi
cabilis. oĩ īfinitū intēſiue ē pfectio ſimplr. g ꝛc. Nul/
la aūt pprietas pſonalis eſt cōicabilis: q2 ē formalis
rō incōicabilr exiſti. g nulla pprietas pſonalis ē infi
nita intēſiue. minor eſt manifeſta. q2 nihil pōt eē ma
gis pfectū q̄ q̄ ſit infinitū intēſiue. pbō ma. pme. q2
ſm q̄ colligiẽ ex intētione Anſ. mon. 15. pfectio ſim
pliciter ē que in quolibet hñte ipſam melius ē ipſaʒ
hēre q̄ nō ipſam hēre. Hec aūt regula indiget dupli
ci expōne. nō enim intelligiẽ ſic. melius eſt ipm quā

Expō ſubti/liſſima pfe/ctionis ſim/pliciter.

ſua negatio ꝯdictorie oppoſita: q2 ſic qḋlibʒ poſitiuū
eēt pfectio ſimplr: q2 qḋlibet poſitiuū eſt ſimplr me/
lius ſua negatione ꝯdictorie oppoſita. ſed intelligiẽ
ibi nō ipſum p quocūq; ſibi incōpoſſibili ēt poſitiue.
vt ſit ſenſus. pfectio ſimplr ē in quolibet melior q̄cū/
q; ſibi incōpoſſibili. 2° ītelligiẽ in q̄cūq; non p q̄cū/
q; nā. ſed p quocūq; ſuppoſito nō intelligēdo. vt eſt
talis nature vel talis. ſed abſolute accepto. vt eſt tale
ſuppoſitū pſcindēdo rōnē nature cuius ē ſuppoſitūʒ.
hoc pʒ q2 auro ſic cōſiderato: vt hʒ naturā auri vl' ſup
poſito ꝯſiderato: vt ſubſiſtēs in nā auri: nō eſt meliuʒ
nō aurū q̄ auꝝ: q2 incōpoſſibile vt incōpoſſibile nō ē
alicui melius: deſtruit. n. entitatē ipſius: imo meliꝰ
ſic eſt auꝝ eſſe aurū q̄ qḋcūq; icōpoſſibile nature au
ri. ¶ Eſt g intellꝰ ppoſitionis iſte: pfectio ſimplr eſt
n talis: que in quocūq; ſuppoſito abſolute cōſiderato
ſm rōnem ſuppoſiti non determinādo naturā i qua
vel cuius ſit ſuppoſitū: melius eſt ipm q̄ non ipm. h
eſt q̄ qḋcūq; incōpoſſibile ipſi. ¶ Ex hoc ſequiẽ pro
poſitū q̄ nulla pfectio ſimplr ſit formalr incōicabilis
pbō ꝯñtie. q2 qḋ ē formalr icōicabile ē formalr incō
poſſibile cuilibet alteri: cōſiderādo ēt illud ſub rōne
ſuppoſiti nō includēdo naturā: cuius ē illud pbatur.
q2 qḋ repugnat alicui: cū vt ſibi repugnat deſtruat ip
ſum: vt ſic: non ē melius ipm q̄ non tale. qḋ autē eſt
de ſe icōicabile repugnat cuilibet ēt ſub rōne ſuppo/
ſiti. g non ē melius illi: ēt vt conſidereẽ ſub rōne ſup/
poſiti q̄ non ipſum. Hēmus g iſtā ma. q̄ nulla per/
fectio ſimplr eſt formaliter incōicabilis.

Tertio arguiẽ ex incōpoſſibilitate ſic. pfectio ſimplr cuicūq; cōpoſſibili ſibi in eodē
o ſuppoſito nec̄io eſt eadē realiter. ſic intelligēdo q̄ in
abſtracto accipiēdo hoc ꝛ illud: veꝝ eſt dicere hoc ē
illud. Sed relo originis non ē cuilibet cōpoſſibili ſi/
bi in eodē ſuppoſito ſic eadē. g ꝛc. minor eſt manife/
ſta: q2 iſta non ē vera. gñatio actiua ē ſpiratio actiua.
maior pbaẽ inductiue: ꝛ rōne. Inductiue ſic. nihil ē in
diuinis qḋ nō ſit idē eēntie diuine. Imo ēt ꝛ cuilibet
eēntiali. ita q̄ ꝯſiderādo vtrūq; in abſtracto ſimplr:
veꝝ eſt hoc eſt hoc. de eēntia g ꝛ de eēntialibꝰ de qui
bus cōiter appet q̄ qḋlibet ſit infinitum formalr. pʒ
maior. q̄ qḋlibet eoꝝ eſt idē cuilibet ſibi cōpoſſibili
in eodē ſuppoſito. pbaẽ ēt eadem maior rōne ſic. q2
infinitū non ſolū non ē compoſitū: ſed ēt oīno incō/
ponibile cuilibet alteri. oē. n. componibile pt eē pe.
ꝛ per ꝯñs excedi. q2 totū eſt maius ſuo pte. Infinitū
aūt nullo mō pt excedi. g eſt oīno ſimplex ꝛ incōpoſi
tū ꝛ incomponibile. Si autē aliqḋ cōpoſſibile ſibi in
eodē ſuppoſito non eēt oīno idē ſibi: tūc ipm nō eēt
oīno incomponibile. q2 tunc ibi eēt aliqua cōpoſitio
ſaltē aliquo mō actus ꝛ potētie. Hēmus g pmā ptē
maioris. ſ. q̄ īfinitū eſt idē realr ei qḋ eſt ſibi cōpoſſi
bile in eodē ſuppoſito. 2ª pe maioris. ſ. q̄ ſic ſit ideʒ
q̄ ſit vera pdicatio in abſtracto. vt puta dicēdo hoc ē
hoc. pbaẽ. q2 cū pdicatio affirmatiua ſit vera ratione
p identitatis. oīs illa erit vera abſtracti de abſtracto:
vbi p abſtractionē non tolliẽ rō idētitatis. vbi autē p
abſtractionē tolliẽ rō idētitatis nō ē vā. Exēpluʒ. hec
eſt vera. albedo ē color. q2 lʒ extrema ſint abſtracta:
non tñ ſit abſtractio niſi a ſubiecto alterius nature. ꝛ
illud ſubiectū nō fuit pciſe ratio idētitatis eoꝝ extre
moꝝ. manet g ratio idētitatis nature ad nāʒ illo ſub
iecto excluſo. Albedo aūt ꝛ muſica non hñt idētitatē
niſi p acñs rōne ſubiecti. lʒ g hec ſit vera: albū ē mu
ſicū. p tanto. q̄ idē ſubiectū denolaẽ ab vtroq; acci
te: tñ abſtractiōe facta ab illo ſubiecto: qḋ fuit ratio
idētitatis eoꝝ: hec ē falſa: albedo eſt muſica. pʒ g q̄
pdicatio in abſtracto vera ē qñ extremoꝝ ē talis idē
titas: q̄ p abſtractionē non tolliẽ rō idētitatis eoꝝ.
Modo qñ vnū extremū eſt infinitū: p abſtractioneʒ
a ſuppoſito non tolliẽ rō idētitatis ad ipſuʒ. ꝛ hoc cu
iuſcūq; compoſſibilis ſibi in eodē ſuppoſito. Et ideo
pp infinitatē vt iam argutū eſt non pōt eſſe cōpoſſibi
lis in eodē ſuppoſito: niſi vera ꝛ pfecta idētitate rea/
li. g abſtractione facta a ſuppoſito q̄diu manet ratio
extremi infiniti formalr ſemp in q̄cunq; abſtractio/
ne manet rō identitatis extremi ad extremuʒ. ꝛ per
ꝯñs vera pdicatio in abſtracto hoc eſt hoc. ¶ Ex iſta
rōne pʒ gñaliter q̄ quedā pdicatiōes in diuinis ſunt
vere non ſolū in ꝯcreto: ſed ēt in abſtracto: que non
ſunt oppoſiti de oppoſito. q̄dā vere in ꝯcreto lʒ nō in
abſtracto: q2 non loq̄mur de illis que neutro modo
ſunt vere. vbi. ſ. extrema ſunt oppoſita: q2 nec pater
ē filius: nec pñitas eſt filiatio. Ubi aūt extrema non
ſunt oppoſita ſed cōpoſſibilia in eodē ſuppoſito ibi
ſemp ad minꝰ eſt pdicatio vera in ꝯcreto: ſicut pr̄ eſt
ſpirās: pr̄ ē ingenitus: non āt in abſtracto. ſic pñitas
eſt ſpiratio: ꝛ tñ hec ē vera. deitas ē pñitas. deitas ē
ſpiratio. hoc non eſt niſi q2 diuinitas eſt formalr infi
nita: non aūt pñitas: nec ſpiratio. ꝛ ideo abſtrahēdo
a ſuppoſito deitatē cū ſemp maneat in ipſa ratio infi
nitatis ſemp manet rō identitatis ſimplr ad pñita/
tem ꝛ ad ſpirationeʒ. ꝛ iō manet rō veritatis affirma
tiue pdicationis in abſtracto. ſed pñitatem que nō
eſt formalr īfinita abſtrahendo a ſuppoſito non ma
net rō identitatis eius ad ſpiratione actiuā que etiā
non eſt īfinita: q2 neutrū extremū ſm ppriā rationē
ſui hʒ infinitatē. ꝛ ideo lʒ hec ſit vera. pr̄ ſpirat. q2 ei/
dem ſuppoſito ꝯuenit vtrūq;. tñ abſtractione ab illo
ſuppoſito facta. q2 neutrū eoꝝ eſt infinitū: non eſt vā
pdicatio in abſtracto: pñitas eſt ſpiratio. Per oppo
q ſitum conſilis rō eſt. qñcūq; aliqḋ eſſentiale pdicaẽ
de aliquo eſſentiali. vel pſonale de eſſentiali vel eēn
tiale de pſonali. vtpote hec eſt vera. ſapientia eſt pa/
ternitas. ſapīa eſt ſpiratio ꝛ econuerſo. q2 abſtrahen
do a ſuppoſito adhuc manet alteꝝ extremū īfinitū
ſ. ſapīa. ꝛ ideo remanet adhuc rō idētitatis extremi
ad extremū facta tali abſtractione. ꝛ p ꝯñs rō verita/
tis l pdicatiōe affirmatiua. ¶ Pʒ g gñalr iſta maior
q̄ nunq̄ eſt negāda pdicatio in diuinis per identita
tem abſtracti de abſtracto: niſi q2 neutruʒ extremū
eſt formaliter infinitum. ſicut hec eſt neganda. pater
nitas eſt ſpiratio.

Circa tamē ma. iſtā quare pdicatio ali qua in abſtracto in diuinis
negatur dupliciter ab aliquibꝰ dicitur q̄ licet pater/
nitas ꝛ ſpiratio ſint idem realiter: tamen differūt rō/
ne. ꝛ hoc ſufficit ad impediendum talem predicatio
nem. ¶ Qñ aūt probaẽ q̄ talis dñia non ſufficit qñ
iſta eſt vera. ſapīa eſt bonitas. Rñdeẽ q̄ ſicut attri/
butū potentie non eſt attributū ſapiētie. Sic nec in

Tho. in pri. di.5.q.1. Hen. quoli. 5.q.1.

propoſito. ¶ Sed hoc non vꝫ ꝓbabile. qꝛ attributũ
vt attributũ dicit intẽtionẽ ſecũdã vel relationẽ ali-
quã rõnis circa illud de quo dr̃. Un̄ etiã numerat̃ ⁊
verũ eſt dicere ꝙ bonitas ⁊ ſapĩa ſunt duo attributa.
g̊ ſm illud ſm ꝙ eſt numeratio non eſt verũ dicere
ħ eſt hoc. qꝛ illud eſt rõnis. ſed nõ ꝑꝑ hoc negat̃ iſta.
ſapĩa eſt bonitas. vbi nõ includit̃ illud rõnis qd̾ nũe-
rat̃ in eis. g̊ a ſili non includẽdo niſi illud qd̾ rei eſt. ſi
oĩno idẽ eſſet in re paternitas ⁊ ſpiratio: eſſet hec ve-
ra. p̄nitas eſt ſpiratio. lꝫ nõ iſta. notio vel proprietas
p̄nitatis eſt notio vel proprietas ſpirationis. Quecũ
R ꝗ enim ſunt eadẽ re ſimpl̾r in deo ipſa ſignificata ẽt
in abſtracto ⁊ in noĩbꝰ prime ĩpoſitionis ſiue ſignifi-
cãtibus rẽ prime intẽtionis predicant̃ de ſe inuicez
in abſtracto. lꝫ nõ in noĩbus ſcḋe ĩpoſitionis ſiue ac-
cepta ſm aliqua noĩa ſcḋe intentionis. ſicut pꝫ i crea-
turis. vñ lꝫ iſta ſit vera. ſortes eſt hõ. non tñ rõ ſortis
Car. li. j dis. z. ꝗ̄ eſt ſingularitas eſt rõ hoĩs ꝗ̄ eſt vl̃itas. ¶ Aliꝛ dicit
alius ⁊ rõnabiliꝰ vt vꝫ ⁊ ad ꝓpoſitũ. ꝙ ꝓprietates in
eadẽ ꝑſona differũt ex nã rei ꝑter ꝯſiderationẽ intel-
lectus: qꝛ ad hoc ſufficit diſperatio: lꝫ non ſint oppoſi-
te: ⁊ ꝑꝑ ħ ꝑdicatio vnius de alia in abſtracto non eſt
vera. Et ħ iõ qꝛ illa diſtinctio ex nã rei eſt ꝑꝑ nõ infi-
nitatẽ huius ⁊ illius: qꝛ ſi ħ vel illud eẽt infinitũ non
eſſet talis diſtinctio nec ĩpediret̃ talis predicatio.

Circa tertiũ articulũ ꝯ ꝑdicta argui-
tur q̄duplr̄. ꝑ ſic. qd̾ nõ
eſt cõprehenſibile niſi ab intellũ infinito eſt formal̾r
infinitũ. gñatio illa vt gñatio eſt formal̾r incõprehẽſi-
bilis niſi ab intellũ infinito. g̊ ⁊c̄. minoꝛ ꝓbat̃ ꝑ illud
Eſa. 53. gñationẽ eiꝰ qs enarrabit. qd̾ exponẽs Hier.
homil. p̊ª ſup mat. de gñatione eterna filij qd̾ inquit
ĩpoſſe ꝓpħa dixit affatu ⁊c̄. ſed qd̾ eſt ĩpoſſe affatu ẽ in-
cõprehẽſibile ab intellũ finito. ¶ Confirmat̃ etiam ꝑ
illud Amb. ꝑ de tri. quero a te quõ putas inquit filiũ
eſſe genitũ. ⁊ ſequit̃: mihi ĩpoſſe eſt gñationis ſcire ſe-
cretũ. mens deficis: vox ſilet: non meatm̄ ſed ange-
lorũ: ⁊ ſupra cherubin ⁊ ſeraphin. ⁊ ſupra oẽm ſenſũ
eſt. ⁊ probat ibi qꝛ ſcriptũ eſt. Pax chriſti que exupe-
rat oẽm ſenſum ad phil. 4. Ex hoc arguit Ambro. ex
quo pax chriſti eſt ſupra omnem ſenſum quõ nõ ſu-
pra oẽm ſenſum eſt tanta gñatio. ¶ ꝑ. 2° arguit̃ ſic.
oĩs actio adequata ꝑncipio ⁊ termino infinito eſt for-
maliter infinita: gñatio in diuinis eſt actio adequata
ꝑn° formali infinito ⁊ termino infinito: qꝛ ꝑncipiũ ẽ
eſſentia vel memoria ĩfinita. ⁊ primus terminꝰ eſt fi-
lius qui eſt infinitus. terminus ẽt formalis eſt eſſen-
tia cõicata ſiue notitia declaratiua: quoꝝ vtrũqꝫ ẽ in-
finitũ. Et pꝫ ꝙ iſta actio eſt vtriqꝫ adeq̃ta. qꝛ non ꝑt
eſſe niſi vnica huius ꝑncipij ad hũc terminum. g̊ ⁊c̄.
¶ ꝑ. 3°. rõ ſubſiſtendi eſt rõ ꝑfectiſſime eſſendi reſo
originis ꝑme perſone eſt rõ ſubſiſtẽdi. g̊ eſt rõ ꝑfectiſ-
ſime eſſendi: ⁊ ꝑ ꝯñs infinita. qꝛ eẽ in diuinis eſt for-
maliter infinitũ. ¶ ꝑ. intellectus diuinus eſt forma-
liter infinitus. Alioq̄n nõ comprehẽderet infinitã eſ-
ſentiã diuinã: de qua tactũ eſt qõne ꝑª articulo ꝑ. ꝙ
intellectus vt intellꝰ eã cõprehendit. nõ eſt aũt infi-
nitus. niſi qꝛ eſt idẽ eſſentie diuine que eſt ꝑ infinita:
ſed paternitas eſt eadẽ illi. g̊ paternitas propter ean-
dem rationem eſt formaliter infinita.

Ad primũ iſtoꝝ qñ alicuius intellꝰ ẽ ali-
qd̾ ꝑmũ obiectũ ꝑmitate vir-
S tutis per illud qd̾libet aliud obiectũ intelligit̃ ſm or-
dinẽ quẽ vnũqd̾qꝫ obiectũ hꝫ ad illud ꝑmuꝫ. Iſta pꝫ
ex rõne illa q̄ facta eſt in iſta. q. articulo 2° de intellũ
⁊ volũtate. Exemplũ. qñ alicuius intellꝰ eſt aliqd̾ ꝑm̄

obiectũ primitate virtutis ĩmediatiue intelligit̃ ẽtu-
te eius illud qd̾ eſt per ſe idez illi q̄ illud qd̾ eſt per
accñs idẽ illi. nũc aũt intellectus diuini eſt oĩno idez
obiectũ ꝑm̄ ꝑmitate virtutis ⁊ adequatõis ſicut tactũ
eſt. eſſentia. ſ. ſub rõne eẽntie. nullũ g̊ ꝑſonale eſt illi
intellectui ħ mõ obiectũ ꝑmũ. ꝓpinquis tñ eſt ꝑ obie-
cto q̄ aliqd̾ creatũ pro q̄to qd̾ eſt idem obiecto ꝑ. ⁊
iõ ꝓpinquius in entitate. ⁊ per ꝯñs in cognoſcibilita-
te. ¶ Ad formã argumẽti maioꝛ eſt vã ſic intelligen- z. meta. t. c.
do. ꝙ ſi obiectũ ẽ ĩcõprehẽſibile ꝓpria incõꝑhẽſibili- 4.
tate eſt ẽt infinitũ ꝓpria infinitate. ſꝫ ſic minoꝛ eſt fal-
ſa. ſ. ꝙ gñatio illa vt gñatio eſt incõprehẽſibilis lꝫ illa
minoꝛ poſſet hr̃e verũ intellm̃ per accñs: vel ſm ali-
qd̾ cõcomitãs: vel adhuc (⁊ magis ad ꝓpoſitũ) ſm il-
lud qd̾ eſt rõ intelligẽdi ipſam. ipſa eniꝫ nata eſt ꝑ in-
telligi ꝑ eſſentiã tãq̄ per primũ obiectũ tã ab intel-
lectu diuino q̄ beato: qꝛ eſſentia vt eſſentia eſt ꝑmũ
obm̄ tam illiꝰ q̄ iſtius. iſta aũt rõ intelligẽdi gñatio-
nẽ eſt ĩcõprehẽſibilis: ⁊ ita gñatio poſſet dici incõpre-
hẽſibilis ꝑncipiatiue ſiue cãliter. ¶ Poſſet ẽt dici in-
cõprehenſibilis cõcomitãter ſiue q̄tũ ad illud qd̾ in-
cludit: qꝛ gñatio ĩcludit cõicationẽ eſſentie q̄ fit ꝑ ip-
ſam eſſentiã ꝑſone ad ꝑſona. Iſta aũt cõicatio ꝑſup-
poſitiue includit infinitatẽ eẽntie: qꝛ ipſa non poſſet
ſic cõicari pluribꝰ ſuppoſitis niſi eſſet infinita: ⁊ ideo
gñatio eſt incõprehẽſibilis q̄tũ ad ꝑſuppoſitũ. ſ. cõi-
cationẽ eẽntie q̄ req̄rit eſſe infinitũ. ¶ Sꝫ ꝯ iſtas iſi-
ſiones arguit̃: qꝛ ſemꝑ reſtat vis de ꝓpria rõne gene-
rationis vt gñatio eſt per qd̾cũqꝫ ꝑn̄ intelligẽdi intel-
ligat̃: ⁊ q̄cq̄d preexigit in intelligẽdo ⁊ cõmunicãdo
ſemꝑ ipſa in ꝓpria intelligibilitate ſua vꝫ incõprehẽ-
ſibilis ꝑ auctoritates adductas: ⁊ cuiuſcũqꝫ intelligi-
bilitas ꝓpria ẽ ĩcõprehenſibilis illud eſt intelligibile
infinitũ. ¶ Rñ° poſſet dici ꝙ ꝯprehenſibile ĩtellectui
finito eſt neccõ finitũ: ⁊ ĩcõprehẽſibile illi intellectui
nõ ẽ finitũ: ⁊ ſic cõcedit̃ minoꝛ. ꝙ generatio vt gene- T
ratio eſt incõprehenſibilis intellectui creato: ⁊ ita ſꝫ
ꝓpriã entitatẽ ⁊ ꝯprehẽſibilitatẽ non eſt finita: ſꝫ ex
hoc nõ ſequit̃ ꝙ ſit infinita: de quo tanget̃ in riſione
ad ꝑncipale argumẽtũ. ſꝫ hoc g̊ maioꝛ huiꝰ argumẽ-
ti eſt negãda accipiẽdo incõprehẽſibile negatiue pro
nõ poſſibili cõprehendi: qꝛ ad ħ ꝙ eſſet vera oporte-
ret illud intelligere quaſi ꝯrie. ſ. pro habẽte quãnta-
tẽ virtualẽ extẽdẽtẽ ſe vltra oẽ cõprehenſibile: vel oẽ
cõprehenſibile excedentez: qd̾ non eſt in propoſito.
¶ Ad 2m̄. adeq̃tio dicit ꝓprie eq̃litatẽ duoꝝ in eadẽ
q̄titate: ⁊ ſic nõ ẽ adeq̃tio in propoſito. Alio mõ ade-
quatio dr̃ non ſm q̄titatẽ ſed ſm ꝓportionẽ: ⁊ ſic dr̃
aliq̄d adequatũ alteri qd̾ eſt ſũme ꝓportionatũ ſibi.
ſi ibi ſit adeq̃tio vtpote effectus adeq̃tus cãe qui eſt
ꝓportionatus in rõne effectus: lꝫ ille non ſit ſimpl̾r
ſibi adequatꝰ eq̃litate q̄titatis. Hoc mõ illuminatio
diceret̃ adeq̃ta ſoli que maioꝛ eſſe non poſſet: lꝫ lu-
mẽ nunq̄ ſit equale ẽt ſm ꝑfectionẽ q̄titatis ipſi ſo-
li: qꝛ eſt effectus equocus. ¶ Ad formã: tũc maioꝛ ẽ
vera de adequatione ꝑ mõ ſi illa eſſet: ſed ſic minoꝛ
eſt falſa: ⁊ preciſe vera de adequatione 2° modo. nec
adhuc de adequatiõe illo modo: q̄. ſ. eſt ſm intenſio-
nẽ: ſꝫ ſm extẽſionẽ: qꝛ. ſ. vnũ ꝑn̄ generãdi non ꝑt ex-
tẽdi ad aliã gñationẽ q̄ ad iſtã. Non eſt g̊ hic adeq̃-
tio quãtitatiua: nec eſt ꝓpria adeq̃tio ſm ꝓportionẽ
q̄tũ ad intenſionẽ: ſed tantũ q̄tũ ad extẽſionẽ: ⁊ ita
nullo mõ includit infinitatẽ q̄ta eſt in illo cui adeq̃-
tur. ¶ Ad 3m̄ ſicut tactũ eſt in precedenti qõne. arti-
culo. 2. in fine. ſubſiſtere eſt equiuocũ. vno modo ac- U
cipit̃ pro per ſe eſſe. ⁊ ſic loquitur Aug. 7. de tri. c. 4.

ois res ad ſe ſubſiſtit quãto magis deus. Alio mõ ꝑ
incõicabilr per ſe eſſe: ſiquidẽ cõicabile intelligit̃ nõ
quaſi ſubſiſtẽs: ſed quaſi inherens ſubſiſtẽti. ⁊ quaſi
modũ inherẽtie hñs. ꝑ mõ cõcedo ꝙ ſubſiſtere foꝛa/
liter dicit ꝑfectiſſimũ eſſe: ⁊ nõ dicit niſi eſſentiã ſm
Aug. 2° mõ ſubſiſtere pſupponit perfecte eſſe: ſ; nõ
formalr includit: ſed tantũ addit incõicabilitate; ſu/
pra per ſe eſſe ꝑ mõ acceptũ: ⁊ illud ſic eſt ratio ſubſi
ſtendi: qḋ eſt rõ incõicabiliter per ſe eſſendi: ⁊ talis
eſt relatio. rõ aũt eſſendi incõicabiliter non eſt rõ per
fectiſſime eſſendi. ¶ Ad vltimũ cõcedo ꝙ intelľs ẽ
formaliter infinitus propria infinitate q̃ eſt modus
intrinſecus ſue proprie entitatis. ſ. intellectualitatis
vt intellectualitatis: ⁊ tñ paternitas non ſic eſt infini
te: cũ hoc tñ pñitas eſt eadẽ realr eẽntie aliquo mõ
ſicut intellectus. Et cum addit̃ ꝙ infinitas intelľs ẽ
ꝓpter idẽtitatẽ eius ad eſſentia;. ¶ Rñdeo. primu;
X oino in diuinis (vt tactũ eſt in prima qõne) eſt eſſen
tia vt eſſentia: que ſm Dam. eſt pelagus ꝓpter ꝯpre
henſionẽ oium ꝑfectionum diuinarũ. iſta eſt infinita
nõ tñ intenſiue in ſe: ſed etiã virtualiter ꝑ ⁊ per ſe cõ
tinens oia intrinſeca: qḋcũq; aũt aliud cõtinet ꝑ idẽ
titatẽ alia: ſed non primo oia: q2 nec a ſe: ſed virtute
eſſentie: a qua etiam habet ſuam infinitate;. Uidet̃
ergo ꝙ eſſentia h; infinitatẽ ⁊ formaliter: ⁊ propria;
⁊ primã: q2 a ſe: q2 reſpectu oium dr̃ pelagus: q2 oẽ;
ꝑfectiſſime cõtinet entitatẽ intrinſecã: vt poſſibile ẽ
eã cõtineri in vno formalr. Ab hac aũt prima: ſicut l;
loq̃: emanãt oia ordinate. ꝑ quidẽ intrinſeca eſſentia
Nõ q intelligis ⁊ plibus hec applicabilis. lia que nõ dicũt reſpectũ ad extra. 2° notionalia. 3° ⁊
vltimo creata ſiue extrinſeca. ⁊ qḋlibet emanãs reci
pit illud ꝑfectionis ab ea: cuius eſt capax ſi ſibi nõ re
pugnat: ⁊ illius recepti cã quaſi effectiua: ⁊ primaria
eſt infinitas eſſentie. cã aũt ſiue rõ formalis eſt ipſa
entitas propria cuiuſlibet emanãtis. eſſentiale g̃ reci
pit ab ea infinitatẽ formalẽ: q2 talis eẽntia ſufficit in
ratione principij ⁊ fundamenti ad dandũ talẽ quan/
titatẽ: ⁊ talis quãtitas virtualis ipſi non repugnat: ſi/
cut nec cõicabilitas. ipſi aũt relationi perſonali cõpe
tit per eſſentiam eſſe ad alterum: nec cõpetit ſibi in/
finitas intenſiue propria: q2 ipſa non eſt capax talis
quãtitatis: ſicut nec cõicabilitatis. Etiã in genere ꝑn
cipij formalis eſt ſtat9: h enĩ accipit infinitatẽ: illud
Reſolõ notabilis. nõ: q2 hoc eſt hoc: ⁊ illud eſt illḋ. ſicut hoc accipit cõi
cabilitatẽ: illud incõicabilitatẽ: q2 h eſt h. ⁊ illud eſt
illud. repugnãtia enĩ formalis ⁊ nõ repugnãtia ꝑ re
ducit̃ formalr ad rõnẽ eius: cui dr̃ eſſe repugnantia.
y Tandẽ ab eſſentia creature recipiũt entitatem fini
tam: q2 talis ſola eis cõpetit. ¶ Ad formã igit̃ argu/
menti dico ꝙ ſola idẽtitas eſſentie nõ eſt ſola rõ ha/
bẽdi infinitatẽ formalr. ſed eſt rõ ſufficiens oi ei cui
formalr non repugnat infinitas. formaliter aũt repu
gnat relationi ꝑſonali vt ꝓbatũ eſt: ⁊ nulli eſſentiali.
Et ſi queras quare cõpoſſibilis ẽ infinitas huic ⁊ nõ
huic. põt queri in oppoſitum quare huic repugnat in
cõicabilitas: ⁊ huic non: qḋ omnes concedunt ⁊ eſt
eadẽ rñſio: q2 in rõne principij formalis. q2. ſ. forma/
liter h eſt hoc: ⁊ illud eſt illḋ formalr. Quia aũt in rõ
ne principij fundamẽtalis ipſa eſſentia eſt vnũ prin/
cipiũ illimitatũ: a quo multa ſunt ordinate nata ꝓce
dere. ⁊ qḋlibet in ꝑ inſtãti: in quo quaſi emanat vel
ꝓcedit in eſſe: ſuã habet entitatẽ: hoc talem ⁊ illud
talem. ⁊ huic ſua entitas eſt ratio repugnantie alicu/
ius: cuius tñ illi nõ eſt rõ repugnantie entitas ſua.

Ad argumẽtũ ꝑncipale ſicut dcla
ratũ eſt in ꝑ art°. in

finitas in entitate dicit totalitatẽ in entitate: ⁊ ꝑ op/
poſitũ ſuo mõ finitas dicit partialitatem entitatis. oẽ
eni finitum vt tale min9 eſt infinito vt tali: q2 ſm Eu
clidem. 7. ꝯne. 4. ois numerus minor maioris nu/ Idẽ ibide; diffõne. 12.
meri ꝑs eſt vel ꝑtes. Hoc non ſic intelligendum eſt:
ꝙ iſte binarius ſit ꝑs illius ternarij: q2 nihil eſt ſic in
diuinis. ſed q̃tum ad ꝓportiones oẽs attendendas
in q̃titatibus ille binarius ſe habet ad illum terna/
riũ: ſicut ꝑs vel ꝑtes ad totum: q2 ſimili mõ excedit̃
ab illo ternario: ſicut excedit̃ alius binarius ab alio
ternario cuius eſt ꝑs. Ita dico h. nullum creatu; eſt
ꝑs dei: cũ deus ſit ſimpliciſſimus. ſed oẽ finitu; cum
ſit minus illa entitate infinita cõformiter poteſt dici
ꝑs: l; nõ ſit ſm aliquã ꝓportionem determinatã: q2 Aa
exceditur in infinitum. ⁊ hoc mõ oẽ aliud ens ab en
te infinito dr̃ ens per ꝑticipationem: q2 capit parte;
illius entitatis que eſt ibi totaliter ⁊ perfecte. Hoc
ergo volo habere ꝙ oẽ finitum: cum ſit minus infi/
nito eſt pars. cui ergo repugnat eſſe pars vel excedit
realiter ab aliquo: ei repugnat eſſe finitum. nunc aũt
paternitati huic repugnat eſſe pars diuinitatis illo Ex h habes cur pñitas i creaturis eſt q̃ta foꝛalr. ñ aũt in diuis.
modo vel excedi a diuinitate. q2 ꝑꝑ infinitatem di/
uinitatis pñitas cu; ſit compoſſibilis ſibi in eodem
ſuppoſito eſt ſimpliciter idem ſibi. ⁊ per ꝯñs realiter
excedi non põt: nec eẽ ꝑs nec rõnem partis habere
põt. non ergo eſt finita nec infinita: ſicut prius proba Bb
tum eſt: q2 ſicut finitu; habet rõne; ꝑtis mõ ꝑdicto:
ita infinitum habet rõnẽ totius hoc mõ. ſ. ex plenitu
dine quãtitatis virtualis ſue mẽſurans oẽ aliud vt
maius per acceſſu; ad ipſum: ⁊ min9 ꝑ receſſum: ſed
nec paternitas habet rõnẽ totalitatis: q2 menſura ſ;
gradũ quẽdã perfectionis ſtat ad aliqḋ primũ in or/
dine menſurandi: qḋ eſt eſſentia abſoluta. ¶ Dico g̃
breuiter ꝙ paternitas nec formalr eſt finita nec for/
maliter infinita. Et cũ arguis ex diuiſione imediata
entis in iſta ẽt anteq̃ deſcẽdat in decẽ genera. cõce/
do hñ ꝙ iſta nõ diuidũt ens vt iam ꝯctum eſt ad ali/
quod genus. imo quodlibet genus ⁊ ens vt imedia/
te indifferẽs ad decẽ genera. eſt ꝑciſe ens finitũ. fini/
tũ tñ ⁊ infinitũ nõ diuidũt ens niſi ens q̃tũ. q2 ſicut
ſm phm. i. phyſi. finitũ ⁊ infinitũ q̃titati cõgruũt qḋ T. c. 15.
eſt verũ de finito ⁊ infinito ⁊ quãtitate proprie acce/
ptis: ita etiã extẽſiue loquẽdo finitũ ⁊ infinitũ vt ſunt
paſſiones entis conueniunt preciſe enti in ſe haben Hec rñſio apḋ ſcotiſtas ẽ vt ꝑn⁹ dg̃ 2. elencoꝝ ad finem.
ti quantitatẽ aliquã perfectionalẽ. talis aũt quãtitas
non conuenit entitati niſi que poteſt eſſe partialis
vel totalis inter eſſentias. quãtitate; enim cõparatã
ad aliam ſtatim op; excedere vel excedi ⁊ eſſe par/
tiale vel totale: ſicut hic loquimur de partiali ⁊ tota/
li. paternitas autem vt paternitas non poteſt eſſe in/
ter entitates totalis nec partialis. ¶ Poſſet etiã dici
ꝙ quãtitas virtualis non conuenit niſi entitati qui/ Cc
ditatiue. vt. ſ. diſtinguit̃ ab entitate hypoſtatica. ⁊ ꝑ
ꝯñs nec finitas nec infinitas. Iſta aũt entitas l; ſit in
ſe quodãmodo quiditatiua: tñ vt eſt talis eſt tantum
hypoſtatica. ¶ Tertio modo dici põt ꝙ quantitas
virtualis non conuenit niſi entitati abſolute. Sed il
le due rñſiones vltime concedũt aliqua dubia de en
titate hypoſtatica ⁊ entitate relatiua. ꝙ. ſ. nõ habeãt
quantitatẽ virtualem. ¶ Uiſo de relatione originis
in diuinis ſequitur queſtio de relationibus cõmuni
bus: ⁊ eſt vnica. Qõ. VI.

Utrum eq̃litas in diuinis ſit rela
tio realis: arguit̃ ꝙ ſic. il
la relatio eſt realis que h; fundamentũ
reale ⁊ extrema realiter diſtincta. iſta ẽ

bmői. ğ ꝛc. ꝓbatio mi. ibi eſt magnitudo realis: ſed eſſentie ꝛ ꝑſone realiter ſunt diſtincte que dñr adinuicem equales. ℭ Contra. oīs relatio realis fundaẗ ſup actionē ꝛ paſſionē vel ſupra quãtitatē. 5. meta. I deo nulla relatio realis fundaẗ ſup quãtitatē qꝛ ſm Aug. 5. de tri. c. i. deus eſt magnus ſine quãtitate. ğ nulla eſt ibi relatio realis niſi fundata ſup actionem ꝛ paſſionē. talis aũt ibi ē ſola relatio originis. eq̃litas aũt nõ eſt relatio originis. qꝛ eiuſdē rõnis in vtroq; extremo. ℭ Itē eadē eſt magnitudo in trib' ꝑſonis ſicut eadem eſſentia. ğ extrema non ſunt realiter diſtincta: nec per ꝯñs relatio realis.

T. c. 20.

Hic ſunt tria videnda. ꝑ ſi equalitatis in diuinis ſit aliqd̃ fundamentum reale. 2° ſi ſit realis diſtinctio extremoꝝ. 3° ſi illa eq̃litas ex natura rei inſit extremis ſm fundamentuȝ. ℭ Primus articulus hȝ tria. ꝑ videdũ de fundamẽto equalitatis in cõi. 2° qd̃ poſſet aſſignari fundamẽtũ equalitatis in diuinis. ꝛ ſi ſint plura fundamenta que ꝛ quot. ꝛ 3° de quocũq; coꝝ ſi ſit ibi reale.

Cap. de q̃titate.

A

Primũ vr̃ accipi a pħo ꝙ fundamẽtũ equalitatis ſit quãtitas. ait. n. in predicamentis ꝙ ꝓpriuȝ eſt quãtitati ſm eã equale vel inequale dici. Iſtud ſecũdũ notat fundamentũ illius relationis ſicut ipſe loquiẗ. c. de qualitate. ꝙ ꝓpriuȝ ſibi eſt ꝙ aliqd̃ ſm eã dicaẗ ſimile vel diſſile. Iſtud dictũ de fundamento equalitatis vel ſimilitudinis vr̃ magis explicare. 5. meta. c. de ad aliqd̃. equale. ſimile. idē ſm vnũ dñr oīa. equalia quoꝝ quãtitas eſt vna. ſimilia quoꝝ qualitas eſt vna. eadē quoꝝ ſuba ē vna. hoc ipſe vr̃ innuere ꝙ non ſola q̃titas ē fundamẽtum equalitatis. ſed reqriẗ vnitas q̃titatis. ꝛ tũc eſt qõ gñalioꝛ qõne ꝓpoſita duplex. vna an vnitas ſit formale ĩ fundamẽto equalitatis ꝛ ſi dareẗ ꝙ ſic: an ĩmediatioꝛ q̃ ipſa q̃titas cuius eſt vnitas vel econuerſo. 2ª qõ an vnitas ſit ꝑ ſe ꝑtinens ad fundamentum equalitatis ꝛ importet per ſe aliqd̃ poſitiuũ: vel ſolũ priuationē: vel negationē: ꝙ ſi diceret̃ ſolaȝ negationē importare: ꝛ cũ h̃ eſſet ꝑ ſe de fundamẽto eq̃litatis ſiue tanq̃ rõ ꝓxima ſiue remota ſequiẗ ꝙ generaliter equalitas non eſſet relatio realis. Iſtã concluſionē gñalem ꝛ iſtas duas ꝑmiſſas ex q̃bus ſequiẗ nõ opȝ hic diſcutere: qꝛ trãſcendũt qõnē ꝓpoſitam. cõcedentes enim equalitatē eſſe alibi relonē realeȝ adhuc negant ſpãliter de equalitate diuina. Eſto igitur ꝙ equalitas gñalr̃ ſit relatio realis vl̃ poſitiua nõ adhuc inquireẗ ſi quãtum eſt ex pte eoꝝ q̃ requirantur ad relationē realem: poſ ẽt e que ſaluari in equalitate diuina ſicut in equalitate creata.

T. c. 20.

Uide. 5. meta. t. 19. d. i. t. 14. di. 3. q. 2. t. i. diſ. 4. ꝛ inde in ſiñ

De ſecũdo in iſto articulo. ſ. de qualitate in diuinis in ſpãli quid ſit eius fundamentũ. Illud vr̃ Aug' aſſignare ꝑ de ſide ad petrũ vbi loquens de tribus ꝑſonis diuinis dicit. Nulla indi̇t alterã ꝓcedit eternitate: aut excedit magnitudine: aut ſuperat ptãte: qꝛ nec ſilio pater anterior: aut maioꝛ eſt. Et põt addi: aut ẽt potentioꝛ. Illd̃ dictũ Auguſtini probaẗ ex dictis pħi. qꝛ ſi equalitas eſt ſm quantitatem. cũ quantitas primo diuidatur in continuã ꝛ diſcretã: in diuinis non põt eſſe equalitas ſm quantitatē diſcretã. qꝛ nulla eſt ibi niſi trinitas: que nõ eſt numerus: vel ſi eſt pluralitas minor pars eſt quodammodo maioris: ꝛ ita inequalis ſibi. Quantitas aũt continua diuidiẗ in ꝑmanentē ꝛ ſucceſſiuam. in deo non eſt quãtitas ſucceſſiua. eſt tñ aliqua que eſt ſibi corrñdens que eſt quãtitas durationis. ꝛ illa ꝓprie dr̃ eternitas. q̃titas ꝑmanẽs in creaturis dr̃ cõiter magnitudo molis. ꝛ oĩs ſibi corrñdẽs in diuinis diciẗ magnitudo virtutis. Seq̃tur ergo ex dicto pħi dictũ Auguſtini ꝙ ad hoc ꝙ equalitas ſit ĩ diuinis aut eſt ſm magnitudinē aut ſm eternitatē.

B

In pñ. c. de q̃titate.

ℭ 2°. dictũ Auguſtini exponiẗ. qꝛ tũc ex dictis vr̃ ſuperfluere 3ᵐ qd̃ addit ſm ptãtem. Sed ē rñſio ꝙ eq̃litas aliquoꝝ attendiẗ ꝓprie ſm aliqd̃ eis intrinſecum ꝛ ad ſe. ex ꝯñti tñ equalitas attendi põt in comparatione ad extrinſeca. Uñ ex ꝯñti ex hoc ꝙ aliqua formã aliquã hñt in equali gradu: ſeq̃tur ꝙ ſm eam poſt equalr̃ agere in cõparatione ad extrinſeca: equalitas ğ ptãtis ꝓprie non eſt alia ab equalitate magnitudinis. ꝛ hoc ex equo diſticta. ſed eſt quaſi explicãs quandã equalitatē magnitudinis. que. ſ. magnitudo eſt forme actiue. ſicut in creaturis que hñt equaleȝ magnitudinē caloris: hñt potentiã equalem calefaciendi. ſic ğ ſunt tria connumerãdo equalitatem q̃ ē in cõparatione ad extrinſeca cũ equalitate que ē ſm intrinſeca. ꝓprie aũt ꝛ ex equo ſunt tñ mõ duo que ſunt ad ſe ꝛ ad intra ſm que attendiẗ equalitas. ſ. ſȝ magnitudinē ꝛ eternitatē. Et forte ꝓpter iſta Aug' in replicando: tñ mõ iſta duo replicat nõ potentiã cũ ait. non eſt pr̃ ſilio anterioꝛ aut maioꝛ. non dicit aut potentioꝛ. ℭ Eſt ẽt aliud dubiũ circa illud dictũ Auguſtini quare non ſm plura attendiẗ equalitas. ſunt. n. pater ꝛ ſilius equales ſm ſapiaȝ: ſm bonitatē: ſm iuſtitiã ꝛ cetera talia. ℭ Rñ°. nõ ſunt equales ſȝ ſapiaȝ niſi vt hñtes vnã magnitudinē. ꝛ iõ ſi ſm quãcũq; ꝑfectionē eſſentialē ſunt equales. ſemꝑ ꝓxima rõ eq̃litatis eſt magnitudo illius ꝑfectionis. ꝛ iõ ꝑ ſolã magnitudinē intelligit ipſe quãcũq; ꝑfectionē eſſentialem. qñtum. ſ. ad illud qd̃ eſt fundamentũ equalitatis: qꝛ nulla fundat niſi ſub rõne magnitudinis.

C

De tertio in iſto articulo pȝ ꝙ ad illud videndũ opȝ tria videre. ꝑ an magnitudo ſit ibi ex nã rei. 2° an eťnitas. 3° an ptãs. ℭ De primo opȝ tria videre. ꝑ qualr̃ magnitudo poni poſſet ĩ diuinis. 2° qꝛ magnitudo eſt alicuius magnitudo. ideo ad hoc ꝙ habeamus magnitudinē ex nã rei opȝ ꝑmo hr̃e aliquid ex nã rei cuius ſit magnitudo. Et 3° an illa magnitudo eius ſit ibi ex nã rei. vt ſic ꝑmum iſtoꝝ qd̃. ſ. eſt de magnitudine reqrat tria ad hñdum complete ꝓpoſitum.

De primo pħs. 5. meta. c. de q̃titate dicit. Sunt aũt magnũ ꝛ ꝑuuȝ ꝛ maius ꝛ minus. ꝛ ſm ſe ꝛ adinuicem dicta quantitatis paſſiones ſm ſe. trãſſeruntẽ ẽt ꝛ ad alia hec nõia vult dicere ꝙ magnũ ꝛ ꝑuum ſiue accipiatur abſolute ꝛ ſm ſe. ſiue reſpectiue ſm ſe conueniunt q̃titati proprie dicte. tranſlatiue aũt aliis. Et hoc apparet ſatis per rõnem ꝙ non negaret pħs equalitatem eē indiuiduorum eiuſdem ſpẽi in quolibet gñe: ꝛ inequalitatem ſpecierum. ꝛ ꝑ ꝯñs cũ ſm ipſum equale ꝛ inequale non dicantur niſi ſm quantitatem. quãtitas aliquo modo conuenit oĩ enti cuiuſcunq; gñis. ꝛ ꝑ ꝯñs licet magnũ ꝛ ꝑuum ſm eum ſint paſſiones proprie q̃titatis: tñ tranſlatiue accepta ſunt trãſcendentia ꝛ paſſiões totius entis. Aug. aũt. 6. de tri. c. 8. iſtã magnitudinē quã pħs dicit trãſlatiue dictã dicit eē magnitudinem non molis ſed bonitatis ꝛ ꝑfectiõis. In his inquit que non mole magna ſunt idē eſt maius eſſe qd̃ melius eſſe. ℭ Patet ergo ꝙ magnuȝ ꝑ modo ſm Ar. proprie dictum ꝛ ſm Aug'. magnũ mole non eſt in deo nec in aliquo ſpirituali: ſed magnum tranſlatiue ſm pħm. ꝛ magnuȝ bonitate ꝛ virtute vel perfectione poteſt poni ibi qꝛ illud eſt tran

T. c. 18.

D

3. met. t. c. ii. 8. me. t. c. io. ꝛ. io. meta. t. c. 2. ꝛ inde.

ſcendens conueniens ſuo modo oi enti.
Quantū ad 2m. in dubijs afferat̄ certū. certū eſt ꝙ eſt ibi eſſentia ex nā rei. qd̄ ēt declaratū eſt in ꝑ articulo p̄me q̄ōnis.
E **Et ſtatim** ex h̄ infert̄ 3m. ſ. ꝙ ipſa eēntia vt eēntia h̄z ex nā rei ꝓpriam magnitudinē. ⁊ h̄ ꝓbat̄ auctoritate ⁊ rōne duplici.
12. Auctoritas eſt Dam. c. 9. vbi vult ꝙ eēntia eſt pelagus qddā ſube infinitū ⁊ iterminatū eēntia vt ſepe dictū eſt: dr̄ ab eo pelagus qddā quaſi ꝑ oritatē ⁊ p̄mā cōprehenſionē bn̄s oium: ⁊ vt ſic ſm ipm eſt infinita ⁊ interminata: ſic ḡ eſt infinitas eēntie vt eſſentia. ¶ Ex his ſic arguit̄. eſſentia ē infinita ex nā rei vt accipit̄ ex auc̄te Dam. qꝛ vt eſt pelagus eſt infinita. ⁊ vt eſt oino p̄a ex nā rei dr̄ pelagus. infinitas aūt eēnt e dr̄ magnitudo eius ꝓpria. ḡ hēt ꝓpriā magnitudinē ex nā rei. minor d̄ſtū ad aliq̄d ſatis pȝ: qꝛ ſicut q̄ntitatiua infinitas ꝓprie dicit magnitudinē: imo extēſiue illuminationē q̄titatis ꝓprie ita infinitas intēſiua. ⁊ i pfectione dicit ſummā pfectionē vel magnitudinez pfectionis. ¶ Per rōnē arguit̄ ſic. infinitas intēſiua ꝯuenit eſſentie ex nā rei. illa eſt ꝓpria magnitudo eſſentie. ḡ ⁊c. maior ꝓbatur. qꝛ ſicut declaratū ē in qōne ꝑcedente infinitas intēſiua non dicit ꝓprietatez vel paſſionē eius cuius eſt: ſed modū itrinſecū eius circūſcripta ēt quacūq ꝓprietate. nulli ḡ pōt ꝯuenire niſi cui ex nā rei intrinſece ꝯuenit. ꝓbō mi. qꝛ entitati q̄ditatis abſolute q̄ nata eſt hēre rōne meſure vel mēſurabilis: vel ꝯuenit finitū vel infinitū: cui ḡ repugnat finitū ei ꝯuenit īfinitū: talis eſt eſſentia diuina. Poſſet ḡ argui ad ꝓbandū ma. ꝑ hoc ꝙ relōni rōnis non pōt cōpetere infinitas intēſiua: qꝛ tunc relatio rōnis eſſet pfectio ſimplr̄. ḡ nec infinitas pōt alicui cōpetere ex relōne rōnis: ſed tm̄ ex nā rei. ¶ 2o
F arguit̄ ſic per rōnē: modus obiecti beatifici vt obiectū beatificū eſt: eſt in re ⁊ ex nā rei. Infinitas intēſiua eſt talis modus in eſſentia diuina. ḡ eſt ibi ex nā rei. ⁊ per ꝯñs magnitudo. maior ꝓbatur. ex pfectiōe actus beatifici qui vt melius capiat̄ diſtinguit̄ de duplici actu intell̄s: ⁊ hoc loquēdo de ſimplici apꝑhenſione ſiue intellectione obiecti ſimplicis. vnus indifferenter pōt eſſe reſpectu obiecti exn̄tis ⁊ nō exn̄tis. ⁊ indifferēter ēt reſpectu obiecti nō realr̄ p̄ſn̄tis ſicut ⁊ realr̄ p̄ſn̄tis. iſtū actū frequenter expimur in nobis. qꝛ vl̄ia ſiue q̄ditates rez intelligimus eque: ſiue habeant ex nā rei eē extra in aliquo ſuppoſito: ſiue non ⁊ ita de p̄ſn̄tia ⁊ abſentia. ⁊ ēt hoc ꝓbatur a poſteriori qꝛ ſcia ꝯcluſiōis vel intell̄s p̄ncipij eque in intellectu manet re exn̄te ⁊ nō exn̄te p̄ſn̄te vel abſente. ⁊ eque pōt hēri actus ſciendi ꝯcluſionē ⁊ itelligendi p̄n̄m. ḡ eque pōt hēri intellectio extremi illius a quo dependet illud intelligere cōplexū concluſionis vel principij. iſte actus intelligēdi q̄ ſcientificus dici pōt: qꝛ p̄uius ⁊ req̄ſitus ad ſcire ꝯcluſionis ⁊ ad itelligē p̄ncipij: pōt ſatis ꝓprie dici abſtractiuus: qꝛ abſtrahit obiectū ab exn̄tia ⁊ nō exn̄tia: p̄ſn̄tia ⁊ abſn̄tia. Alius aūt actus intelligēdi eſt: quē tñ nō ita certitudinalr̄ expimur in nobis. poſſibilis tñ eſt talis. q̄. ſ. preciſe ſit obiecti p̄ſn̄tis vt p̄ſn̄tis: ⁊ exn̄tis vt exn̄tis. hoc probat̄. qꝛ
G ois pfectio cognitiōis abſolute que pōt cōpetere potentie cognitiue ſenſitiue pōt eminēter cōpetere potentie cognitiue intellectiue. nūc aūt pfectionis ē in actu cognoſcendi vt cognitio eſt. pfecte attingere p̄mū cognitū. non aūt pfecte attingit̄ qn̄ non in ſe attingit̄: ſed tm̄mō in aliqua diminuta vel deriuata ſimilitudine ab ipſo. ſenſitiua aūt h̄z hanc pfectionē in cognitione ſua. qꝛ pōt obiectū attingere in ſe vt exn̄s ⁊ vt p̄ſn̄s eſt in exn̄tia reali: ⁊ nō tm̄ diminute attingendo ipm in quadā pfectione diminuta. ḡ iſta pfectio ꝯpetit intellectiue in cognoſcēdo: ſȝ nō poſſet ſibi cōpetere niſi cognoſceret exn̄s. ⁊ vt in exn̄tia ꝓpria p̄ſn̄s ē vel in aliquo obiecto intelligibili eminēter ipm cōtinente: de quo nō curamus ad p̄ñs: talē aūt actū cognitionis de exn̄te vt exn̄s: ⁊ p̄ñs ē h̄z angelus de ſe. non tm̄. n. intelligit Michael ſe eo mō quo itelligeret Gabrielē. ſi Gabriel annihilaret̄ intellectiōe. ſ. abſtractiua: ſed intelligit ſe vt exn̄tē ⁊ vt exn̄tē eundē ſibi: ſic ēt intelligit ſuā intellectionē ſi reflectat̄ ſup eā non ſolū ꝯſiderādo intellectionē ſicut quoddā obiectū abſtractū ab exn̄tia ⁊ non exiſtentia: qꝛ ſic intelligit intellectionez alterius angeli ſi nulla intellectio eius eſſet: ſed intelligit ſe intelligere hoc eſt intellectionē ſibi inexn̄tē: ḡ iſta intellectio poſſibilis angelo eſt poſſibilis ſimplr̄ intellectiue nr̄e: qꝛ ꝓmittitur nobis ꝙ erimus equales angelis. iſta inquā itellectio Luc. 7.
pōt ꝓprie dici intuitiua: qꝛ ipſa eſt intellectio rei vt exn̄tis ⁊ p̄ſn̄tis. ¶ Ex iſta diſtinctione ad ꝓpoſitū. Actus beatificus intell̄s nō pōt eē cognitio abſtractiua ſed neċio intuitiua: qꝛ abſtractiua eſt eque exn̄tis ⁊ non exn̄tis: ⁊ ſic beatitudo poſſet eſſe in obiecto nō exn̄te: qd̄ eſt impoſſe. abſtractiua ēt poſſet hēri lȝ obiectū non attingat̄ in ſe: ſed in ſimilitudine. beatitudo aūt nunq̄ hētur niſi ipm obiectū beatificū imediate in ſe attingat̄: ⁊ hoc eſt qd̄ aliq̄ vocāt ⁊ bn̄ ipſam itellectionē ītuitiuā viſionē facialē: ⁊ accipit̄ ab aplo p̄a ad cor. 13. videmꝰ nūc ꝑ ſpeculū ⁊ in enigmate. tunc aūt facie ad faciē. ¶ Ex his pȝ maior. qꝛ ſi actus beatificus eſt neċio intuitiuꝰ ipſius obiecti. ḡ eſt eius vt exn̄tis ⁊ in exn̄tia ꝓpria p̄ſn̄tis: ḡ ois cōditio que ē obiecti ꝑ ſe beatifici eſt eius ꝑ ſe vt in exn̄tia reali: imo vt in ipſa reali exn̄tia p̄ſn̄tis: ex quo hēmus ma. ꝓbō mi. ꝙ. ſ. infinitas ſit ꝑ ſe ꝯditio obiecti beatifici. nullus intell̄s nec ēt volūtas in aliquo obiecto pfecte q̄etat̄ niſi ſit in eo tota plenitudo p̄mi obiecti. quanta. ſ. I
cōpoſſibilis eſt p̄ obiecto: talis plenitudo primi obiecti intell̄s vel volūtatis nō pōt eē niſi īfinitas. ḡ nulla potētia beatificabilis pōt q̄etari i aliquo niſi ſit infinitū. ⁊ ꝑ ꝯñs infinitas eſt ꝑ ſe ꝯditio obiecti q̄etatiui: ⁊ ita beatifici. ma. ꝓbat̄. p̄ qꝛ cū potētia nālıter inclinat̄ ad p̄m obiectū ſuū: vbi nō eſt plenitudo obiecti p̄mi: ſed defectus plenitudinis: ibi nō eſt q̄etudo imo poa vlterius inclinat̄ vbi vlterius eſt rō p̄mi obiecti. ꝓbatio mi. cui nō repugnat infinitas: illud non h̄z totalē plenitudinē ſibi poſſibilē niſi ſit infinitū. h̄ pȝ. qꝛ ſola infinitas ē ſumma plenitudo eius cui eſt cōpoſſibilis. nunc aūt p̄mo obiecto tam intell̄s q̄ voluntatis infinitas non ē incōpoſſibilis: qꝛ ſiue ſit ens ſiue vez vel aliqd̄ tale abſtractū ab oibus ſiue p̄mus ens: vel p̄mū vez: qd̄ virtualr̄ continet alia. pȝ ꝙ infinitas non repugnat ſibi. ḡ non h̄z totalem plenitudinem ſuā niſi hēat infinitatem. Sic ḡ q̄ſtum ad iſtū articulum de magnitudine hēmus ꝙ ibi ſit aliquid K
ex nā rei: cuius ſit magnitudo vt eēntie: ⁊ ꝙ eius ſit magnitudo ex nā rei: ⁊ qualis magnitudo: qꝛ non ꝓprie ſm pħm: ſed trāſumptiue: ⁊ non molis. ſm Auguſtinum. ſed perfectionis.

Cōtra iſta arguit̄ ſic. 5. de tri. c. 10. Idez inquit Augꝰ. eſt illi eē ⁊ magnū eē. ḡ magnitudo trāſit in eēntiā: ⁊ ꝑ ꝯñs non manet ibi magnitudo ſm ꝓpriā rōnem magnitudinis: nō aūt fundat eq̄litatē niſi ſub rōne magnitudinis: non dico molis ſed virtutis. ¶ Rō. dico ꝙ ol ꝓprie

Determinate de magnitudine ⁊ p̄ſtāte ꝓblematice vo ꝺ eternitate diſputat ſubtiliter ſubtilis doc.

D

tate ꝑ impoſſibile vel poſſibile circūſcripta ab eſſen
tia diuina: ipſa hꝫ ꝓpriam magnitudinē.ſ. ꝓpriaꝫ in
finitatē. hꝫ enim gradum intrinſecū: ſicut res finita
l hꝫ ꝓpriaꝫ finitatē: Imo magis ſicut ſi circūſcribas ab
hoīe oēm ꝓprietatē: adhuc hꝫ ꝓpriam finitatē in or
dine entium. ſic ḡ concedo ꝙ eſt idē deo eſſe qḋ ma
gnū eē: ⁊ aliquo mō ſicut licet dicere magis intrinſe
ce q̄ꝫ deo iuſtū eē vel ſapientē eē: qꝛ non ita dicit ma
gnum ꝓprietatē vel attributū ſicut iuſtū vel ſapiēs.
tranſit ḡ in ipſum ꝓpter ſummā identitatē magnitu
dinis ad eēntiam: cum infera: ergo non manet ſm
ꝓpriam rōneꝫ magnitudinis. negāda eſt ꝯñtia. Imo
in creaturis ſic trāſit magnitudo pfectiōis ꝙ non eſt
aliud realr̄ ab eo cuius eſt: ⁊ tñ manet ſm ꝓpriā rō/
L.io.met. nem magnitudinis vt ꝓpriū fundamentū equalita
tis vel inequalitatis. Eſt enim vna ſpēs entiū quan/
tūcunqꝫ imālis alteri ſpēi imateriali equalis vel in/
equalis ſm pfectionem: ergo manet in ea magnitu/
do ſm pfectionē vt fundans iſtā equalitatē: ⁊ tñ trā
ſit iſta magnitudo in eſſentiam ꝑ identitatem. qꝫ ait
Aug⁹.6. de tri.c.8. de iſta magnitudine: idem ē ma/
ius eē qḋ melius eē. bonitas enim eſſentialis q̄ vna
ſpēs eſt melior alia non eſt res addita eſſentie. Non
ſunt ḡ oppoſita in diuinis: imo nec in creaturis trāſi
re ⁊ manere ſi recte intelligatur: trāſire pp realē idē/
titatem: ⁊ manere ꝓpter ꝓpriam quiditateꝫ: nec ſe/
quit̄: manet. ergo manet realr̄ diſtinctū: ſed ſicut ali
q̄d manet qñ ſua ꝓpria q̄ditas non eſt deſtructa ſiue
ꝑ corruptionem ſiue ꝑ reſolōnē in ſepataꝫ potentiā
m ſiue per confuſionem. primo modo tranſit ignis in
aquam. 2° mō ſi ꝑ potētiam diuinā reſolueret̄ ignis
in materiam primā ſm ſe manentem. 3° modo ſi ex
eo ⁊ aqua generaret̄ mixtū neutrius actualitate ma
nente: nullo iſtoꝝ modorum tranſit aliquid in diui/
nis. ⁊ ſolūmodo ſic tranſire infert non manere. Non
ergo ſequitur. oppoſitum manet hoc eſt in ꝓpria ⁊
perfecta ⁊ plena actualitate: ergo manet realiter di/
ſtinctum: qḋ declarari poſſet ſi eēt queſtio de alieta/
te reali. ¶ Sed ex hoc ſequitur aliud dubium: qꝛ ſi/
cut ſe hꝫ magnitudo ad eſſentiaꝫ ſic ſe videt̄ habere
equalitas ad identitatem. ſi ergo magnitudo tranſit
in eēntiam equalitas trāſibit in idētitatem: ⁊ ita nō
erunt tres relones cōes in diuinis.ſ. equalitas ſilitu
do ⁊ identitas. ¶ Hic pōt concedi ꝙ equalitas non
eque diſtinguitur ab identitate ⁊ ſilitudine ſicut iſta
duo diſtinguunt̄ inter ſe. ſꝫ ꝙ equalitas dicat modū
ꝓpriū vtriuſqꝫ relonis ad hoc.ſ. ꝙ tam identitas q̄ꝫ
ſimilitudo ſit ꝑfecta. Si.n. ꝑ impoſſibile pater hrēt
diuinitatē maiorē ⁊ filius minorē: eſſet q̄dam identi
tas ibidē. ſed qꝛ fundamētū nō hrēt eādē magnitu/
dinē nō eēt ibi pfecta idētitas: qꝛ nō cū eq̄litate. Cō/
ſimilr̄ duo hntes ſciam maiorē ⁊ minorē ſunt aliquo
mō ſiles. ſed nō pfecte ſimiles: qꝛ nō equales in ſcia
in qua aſſimilant̄. magnitudo igit̄ eadē cuiuſcunqꝫ
n fundamenti ſiue idētitatis ſiue ſilitudinis dat cuicū
qꝫ idētitati ⁊ ſilitudini ꝙ ipſa ſit pfecta eq̄litas. ḡ di/
cit modū ſilitudinis: ꝙ ipſa ſit pfecta: ⁊ modū idēti/
tatis: qꝛ ꝙ ipſa ſit pfecta: ſicut magnitudo eadem: di
cit modū fundamenti.ſ. ꝙ ipſum ſit pfectū.

Ultimo in iſto articulo viſo de magnitudi
ne: vidēdum eſt que eſt vnitas: q̄
(vt prius dictū eſt) vr̄ requiri ſiue per ſe ſiue quocū/
qꝫ mō in fundamēto equalitatis. Et eſt ſciendū ꝙ ſi
vnitas magnitudis alicubi ſit realis: ⁊ realiter hic ve
o riſſime eſt realis: qꝛ hec vnitas eſt numeralis ſiue ſin
gularis magnitudinis in duobus. in aliis non ē vni/
tas numeralis: ſꝫ ſm aliquos forte ſit vnitas aliqua
vlis ſiue rōnis: de quo non curo modo. tñ certuꝫ eſt
ꝙ nulla vnitas verius ē realis q̄ꝫ vnitas numeralis:
⁊ ꝙ iſta ſit proprie in deo alicuius cōis oībus pſonis
dicit Dam.c.8. In oībus inquit creatis hypoſtaſibuꝫ
qḋ diuerſum eſt reconſiderat̄. cōicatio aūt ⁊ copula
tio ⁊ vnū rōne ſiue cognitione conſiderari: in ſancta
vero ⁊ incomprehenſibili trinitate econuerſo eſt. il/
lic enim cōe quidem ⁊ vnū re conſiderat̄. vnumqḋ/
qꝫ enim horum ſe hēt ad alteruꝫ nihilominus q̄ꝫ ad
ſeipſum: cognitione vero eſt quid diuiſum. ¶ Ad
ꝓpoſitum eſt ēt rō: qꝛ ex.10. meta. vnuꝫ ⁊ multa. im T.c.9.t.20
mediate diuidunt ens. ergo ſi ex natura rei in patre
⁊ filio ſit magnitudo eēntie vt ꝓbatum eſt: illa ma/
gnitudo vel erit vna vel plures: non plures: qꝛ nōn
alterius rōnis. pꝫ. nec ēt plures eiuſdem rōnis: qꝛ ea
dem eēntia numero non eſt magna pluribus magni
tudinib⁹ eiuſdē ſpēi vel rōnis. ḡ breuiter hēmus cō/
cluſionem primam huius primi articuli.ſ. ꝙ equali/
tatis in diuinis prout dr̄ ſm magnitudinem eſt fun p
damentū reale ⁊ ex nā rei quantuꝫ ad qḋlibet qḋ re
quirit̄ ad fundamentū equalitatis: ⁊ hoc eque ſicut
in quolibet fundamento cuiuſlibet equalitatis ſiue
magis in diuinis.

Reſtat nunc videre de eternitate. pꝫ q̄dem
ꝙ ipſa ē alicuius qḋ eſt ibi ex nā rei. q
qꝛ ipſa eſt exiſtie vt exiſtia. exiſtia aūt eſt ibi ex natu/
ra rei. alioq̄n nihil eſſet ibi exiſ ex nā rei. hēmus ḡ
aliq̄d ex natura rei cuius eſt eternitas. ſed opꝫ q̄rere
an ex nā rei ꝯueniat ſibi eternitas vt eternitas. vr̄ ꝙ
ſic: qꝛ ſicut infinitas intenſiua dicit modum intrinſe
cum eēntie vt eēntie: ita eternitas vt eternitas dicit
modū intrinſecū exiſtie vt exiſtie: ⁊ tunc cum ibi ſit
exiſtia ex natura rei ſicut ⁊ eē: pari ratione modus
intrinſecus illius: ⁊ hoc ex natura rei ſicut modus in
trinſecus alterius pro hoc eſt Dyoniſius de diui. no.
c.5. partis tertie. deus nō quodāmō eſt exiſ. ſꝫ ſim/
pliciter ⁊ circūſcriptiue totū eſſe accipit in ſeipſo ⁊ ꝓ
accipit: pp qḋ dr̄ rex ſeculorum: ⁊ ſequit̄: ipſe eſt eē
exiſtibus: ⁊ ipſuꝫ eē exiſtiū. ⁊ exiſ ante ſecula. ipſe ē
enim euū euoꝝ q̄ eſt añ ſecula. Conſili mō vr̄ ſibi at
tribuere euuꝫ euoꝝ: ꝑ quod intelligit̄ eternitas ſm
ꝙ ipſe eſt exiſ ſimpliciter ⁊ incircūſcripte.

Cōtra iſtō obiicitur per illud Boetii.5. de cō
ſo. pſa.6. vbi vult ꝙ eternitas eſt inter
minabilis vite tota ſimul ⁊ pfecta poſſeſſio. ⁊ ſimilis R
ſnia habetur ab Anſel. mon.27. ⁊ ſm iſtam corrigē/
da eſt ſnia Ricar.2. tri.9. Carere inquit initio ⁊ fine
⁊ oī mutabilitate dat eternum eſſe: ſic ſupplēda ⁊ in
telligenda eſt iſta ſnia ſm deſcriptioneꝫ predictam
in qua ponitur vita que accipitur pro exiſtia actuali
pfecta quō Joan.5. ſicut pater habet vitaꝫ in ſemet 2. de aia.
ipſo ſic dedit ⁊c. hoc ḡ ponitur tanq̄ꝫ connotatuꝫ: qꝛ T.c.37.
quaſi ſubiectuꝫ vel fundamentū eternitatis: ⁊ illud Doctria ſin/
certum eſt eſſe in deo ex natura rei ſicut exiſtia per/ gularis ⁊ ex
fecta: ſed alia tria.ſ. interminabilis qḋ excludit defi pō diſſōnis
tionem: ⁊ tota ſimul qḋ excludit ſucceſſioneꝫ: ⁊ per eternitatis
fecta poſſeſſio qḋ excludit depēdentiam ⁊ participa ſbtiliſſima.
tionem. illa enim non vident̄ dicere vltra vitam ni/
ſi relationem poſitiuam vel negatiuam. negatiuā q̄
dem negatione terminationis: negatione ſucceſſio/
nis: ⁊ negatiōe depēdentie. ⁊ relonē poſitiuam potē
tialem vel aptitudinalem: qꝛ interminabilis vr̄ dice
re poſſe per ſe coexiſtere cuicūqꝫ durationi vel exiſ/
tie tota ſimul ſine variatiōe: ⁊ ſucceſſiōe poſſe coexi
ſtere cuicunqꝫ: perfecta poſſeſſio a ſeipſo exiſtere ⁊

nõ dependere in exñdo. Si ğ hec eſt ꝓpriiſſima de/
ſcriptio eternitatis quã inuenimus. ⁊ hoc ē vnũ tñ
ex nã rei. ſ. vita. tria aũt que cõplẽt rõnē eius nõ ſũt
ſibi ex nã rei vt vr: qꝛ ꝑ ſe importãt vel negationē ali/
cuius imꝑfectionis extrinſece vel relõnez aliq̃ꝫ apti
Pōdera v̄/bū q̄ intelligis. tudinalē vel potentialē ad aliq̃d extrīſecũ: ⁊ nec ſic
nec ſic eſt aliqͦd eorũ ibi ex natura rei. ⁊ per 9ñs nec
eternitas vt eternitas erit ibi ex nã rei. ¶ Hec con/
cluſio ſi concedit̃ põt rñderi ad illud qͦd arguit̃ in 3/
riuz. qꝫ. ſ. eternitas ſit ꝓprius modus exñtie diuine:
ſicut infinitas eſſentie diuine. hec eſt negãda: qꝛ ſi ꝑ
impoſſibile eſſentia diuina raptim trãſiret adhuc ha
beret tã eſſentia q̃ꝫ exñtia modũ intrinſecũ. ſ. infini
tatē intenſiuã: ſed non hr̄et illa exñtia eternitatez ꝑ
quã intelligim⁹ infinitatē duratiuã: q̃ vltra infinito/
S tem intẽſiuã nõ addit niſi negationē deficiendi vel
relõnē rõnis potẽtialitatis. ſ. coexñdi cuicũq̃ꝫ poſſibi
li: que relõ non eſt niſi rõnis. hoc pꝫ hoc mõ: qꝛ ſi an/
gelus annihilaret̃ cras nõ hr̄et aliũ modũ intrinſe
cũ in natura ſua q̃ꝫ ſi maneat in eternũ ſicut mane/
bit: ⁊ ſꝫ aliquos ſine ſucceſſiõe: qꝛ illã negãt de euo:
non eſt ğ poſſibile vltra infinitatē intenſiuã eſſentie
vel exñtie q̃ infinitas dr̃ magnitudo ſiue ſit huius ſi/
ue illius intelligere ibi aliquã quãtitatem que ſit ibi
ex natura rei. que. ſ. ſit duratiõis ꝑpetue: ſed quicq̃d
intelligit̃ ſupadditũ addit relõnē rõnis vel negatio/
nis. ¶ Uerũ eſt igit̃ qꝫ exñtia hꝫ modũ ſibi intrinſe/
cũ ſicut eſſentia: ſed illud non eſt niſi infinitas intẽ/
ſiua. eternitas aũt vt eternitas ſiue iterminabilis du
ratio vt interminabilis duratio nõ eſt īfinitas. ¶ Ad
dio^m. cõcedo qꝫ ex natura rei deus eſt exñtia incir/
cũſcripta: hoc ē infinita intẽſiue: ita qꝫ magnitudo ꝓ
prie exñtie eſt infinitas: ⁊ ita eſſet ſi ꝑ impoſſibile de
us ſtatim deſineret eē. Sed qͦd addũt vlterius qꝫ ip
ſe eſt euũ euoꝝ hoc eſt eternus vel eternitas: veruꝫ
q̃dem eſt hoc: qꝛ ſua exñtia hr̄ repugnãtiam ad deſi
nere eē: ⁊ fundamentũ illius repugnantie eſt ibi ex
nã rei. ſ. exñtia. ſed formalis rõ repugnantie ad deſi/
nere eē ſiue ſit negatio defitionis ſiue neceſſitas coe
xiſtendi cuicũq̃ꝫ cõpoſſibili: hoc vltra illud qͦd eſt ex
natura rei addit negationē imꝑfectiõis vel reſpectũ
ad extra. Nec dio⁹ dicit qꝫ ibi ex nã rei eſt euũ euoꝝ
ſicut eſt exñs. ſicut ſm Aug^m dicim⁹ deũ eſſe magnũ
eē ſapiẽtē bonũ ⁊c̄. ſicut frequẽter dicit. nõ tñ ꝑꝑ hoc
T opꝫ qꝫ illi ex natura rei 9ueniat hoc vel illud ſine oĩ
negatiõe vel relõne rõnis. ¶ Quãtũ ğ ad iſtũ artic
lum hr̄tur cuius ſit eternitas. ſ. exñtie. De iſta eterni
tate an inſit ex natura rei teneat̃ altera via duarum
dictarũ illa que vr̃ in q̃rẽti ꝓbabilioꝛ. De vnitate eter
nitatis tanq̃ꝫ q̃titatis fundãtis equalitatē. ⁊ hoc ſub
rõne vnitis non opꝫ hic aliter diſcutere q̃ꝫ dictum ē
prius de vnitate magnitudinis.

De tertio . ſ. pt̃ſte ptãs maxime importat
relationē ad poſſibile. ⁊ ꝑ 9ñs
diſt. 30. p̃. U relõnem rõnis. qꝛ (ſicut alibi ꝓbatum eſt) de⁹ ad ni
hil aliud a ſe põt referri realr̄. ſi ğ ptãs vt ptãs ponat̃
fundamentũ quãtum ad illud fundamẽtũ non ē ibi
equalitas ex natura rei. Si aũt accipiat̃ pt̃s pro illo
ſm qͦd iſte reſpectus dr̃ de deo qͦd forte eſt volũtas:
qꝛ illud eſt abſolutũ qͦd eſt p̃n^m olum poſſibilium. ſi
voluntas vt volũtas ponat̃ ibi ex natura rei: de quo
tactũ eſt aliq̃d in p̃ma q̃one: ſeq̃tur qꝫ illud fundamē
tum qͦd eſt reale eſt ibi ex natura rei. ſed tñ illud nõ
eſt fundamẽtum equalitatis ſm ptãtem vt abſolute
accipit̃. ſed vt accipit̃ ſub rõne ptãtis ad obiecta ex-
trinſeca. Nã ſm voluntatez abſolute pr̃ ⁊ filius non
ſunt equales niſi ſm magnitudinē intrinſecã volũ/
tatis. ⁊ illud eſt p̃^m ſm qꝫ attendit̃ equalitas. nõ aũt
3^m. ſm ğ voluntatē vt 3^m ſunt equales put voluntas
eſt equale p̃n^m poſſibiliuꝫ. ita qꝫ equalitas ptãtis eſt
ſemꝑ equalitas principii vt p̃ncipii ⁊ per 9ñs eo mõ
quo Aug⁹ intẽdit aſſignare equalitatem ſm iſta tria
ſemꝑ includit̃ in fundamẽto equalitatis tertie ptãs
vt ptãs ſiue cãlitas actiua. ⁊ cũ illa nõ ſit niſi reſpect⁹
rõnis nunq̃ꝫ fundamentũ qͦd aſſignat̃ 3^m equalitatis
eſt ibi ex natura rei. ¶ Sed obiicit̃ qꝫ relõ non põt X
fundari in relõne. ğ nec equalitas in ptãte. p̃mũ pro
bat̃. qꝛ ſi ſic: eſſet ꝓceſſus in īfinitũ. tñ ꝑ Aug^m. 7. de
tri. p̃. oē qͦd relatiue dr̃ ē aliq̃d excepto relatiuo. ğ oꝫ
reducere ad aliqͦd abſolutũ. ⁊ opꝫ relõnem fundari
in aliquo abſoluto. ¶ Diceret̃ forte qꝫ añs nõ eſt ve
rũ. qꝛ. 5. geometrie diffinit Euclides ꝓportionabili
tatem ſic. ꝓportionabilitas eſt ſilitudo duoꝝ propoꝛ
tionum. Similitudo iſta dicit relõnem formalr̄: ⁊ ē
ꝓportionis ⁊ ꝓportionis vt duoꝝ fundamentorum
ſiliũm. ꝓportio aũt manifeſte importat relationem.
¶ Sed q̃cq̃d ſit de hoc ad ꝓpoſitum põt dici qꝫ re/
latio rõnis põt bñ fundari in relõne rõnis. ſicut iſta ē
vera loquẽdo de intẽtionibus ſecundis. gen⁹ ē ſpẽs
hec intẽtio genus cõcipit̃ ſub intentione vlioꝛi queꝫ
ſpẽs qͦd eſt vle. ⁊ cõcipit̃ ſicut differens ſpecie ab hac
intentione ſpẽs ⁊ ab hac que eſt dr̃ia ⁊ nõ habet ſub
ſe per ſe inferioꝛa niſi numero dr̃ia. Nam hec inten
tio generis in coloꝛe ⁊ illa in animali non differunt
niſi numero ſolum. Fundat̃ ergo hec intentio que De hoc vid̃ 14. q̃onē vl̃i am huius.
eſt ſpẽs in hac intentione que eſt genus. ⁊ rõ huius
poſſibilitatis in relõnibus rõnis eſt iſta: qꝛ oē illud
põt eē fundamentuꝫ relõnis rõnis qͦd ipſa rõ poteſt
cõparare ad alia. poſſum aũt relõnē rõnis intellige/
re ⁊ eam ad aliam cõparare. ergo illa 2ª relatio fun-
datur in relatione p̃ma. relatio autem equalitatis q̃
fundat̃ in ptãte eſt tñ relõ rõnis ſicut illud in funda
mento eſt tñ relatio rationis.

De ſecũdo articulo principali tria dico. Y
p̃mo qꝫ equalitatis in diui/
nis extrema ſunt realiter diſtincta. 2° qꝫ ipſa ēt req̃/
rit diſtinctionem realem extremoꝝ illorum. 3° qꝫ ip
ſa non qualitercunq̃ꝫ requirit: puta concomitanter.
ſed preexigit illam diſtinctionē. Primum pꝫ. qꝛ per
ſone dicuntur equales iſta equalitate vna alteri. nõ
aũt dr̃ eſſentia equalis ſibi vel pſone vel econuerſo.
pſona aũt a pſona diſtinguit̃ realiter. ¶ 2^m ꝓbatur ꝑ
auctoritatem Hil. qui dicit 3° de tri. Similitudo ſibi
ipſi non eſt. Si aũt ſimilitudo non requireret diſtin/
ctionē extremorũ poſſet aliquid idem eſſe ſibi ſile.
ſicut eſt de identitate. idē. n. eſt ſibiipſi idē pro eo qꝫ
idẽtitas nõ requirit extremoꝝ diſtinctionē. Hoc aũt
ꝓbat̃ auctoritate Auguſtini. 6. de tri. c. 9. vbi vult qꝫ
in filio eſt p̃ma equalitas. Si aũt equalitas nõ requi
reret diſtinctionē extremoꝝ poſſet pater eſſe equa/
lis ſibi. ⁊ ꝑ 9ñs cũ pr̃ ſit p̃oꝛ origine filio p̃ma equali/
tas eēt in pr̃e. nunc aũt ꝓ tanto dictũ Auguſtini ē ve
rũ: qꝛ nõ eſt ibi eq̃litas niſi inter pſonas diſtinctas: ⁊
idͦ non eſt ibi niſi genito filio. In ipſo ğ eſt p̃ma eq̃li/
tas ⁊ terminatiue. qua. ſ. pr̃ eſt eq̃lis ſibi. ⁊ p̃ma eq̃li
tas quaſi denoiatiue vel relatiue. que. ſ. nõ eſt ad ter
minum aliquo mõ ſubſequentē. ¶ 3^m ꝓbat̃. ſ. qꝫ di/
ſtinctio ꝑexigit̃ rõni equalitatis: hoc ꝓbat̃ rõne fun/
data in auctoritate accepta Joan. 5. Patrē ſuũ dice
bat deũ eq̃lē ſe faciẽdo deo ⁊ innuit̃ talis demſatio:
Chriſtus dicebat ⁊ veriſſime pr̃em ſuũ deũ eſſe. ğ ſe
faciebat hoc eſt ſe aſſerebat equalem deo. cõicatio āt

perfecta nature nõ põt eſſe ſine cõicatõie eius in pro
pria ſua magnitudine. ꝛ per ↄ̃ñs nec ſine equalitate ĩ
ter cõicantem ꝛ illum cui cõicaẽ: ꝛ ꝙ ipſa communi
catio ſiue generatio que importaẽ in hoc ꝙ p̃rẽ ſuũ
Aa dicebat deum: ꝑexigaẽ ipſi eq̃litati ꝓbaẽ per hoc. qꝛ
qualis ordo realis eſſet inter aliqua ſi illa eſſent diſti
cta realiter talis ordo eſt inter ea vbi ſunt eadem ſo
lam diſtincta rõne: hec rõ eſt ſuperius ſepe declarata
nunc aũt ſi eſſentie magnitudo differret realiter ab
ipſa eſſentia. eẽntia ꝑor eſſet realr̃ magnitudine. ꝛ ꝑ
ↄ̃ñs cõicatio eſſentie cõicatione ſue magnitudinis. er
go qualiſcũq̃ diſtictio ſit inter illa in ꝓpoſito tali mõ
communicatio eſſentie erit ꝑor cõicatione magnitu
dinis: ꝛ ꝑ ↄ̃ñs eq̃litate: qꝛ nõ eſt in altero extremo ni
ſi ſm̃ magnitudinẽ cõicatã. ¶ 2° arguiẽ ad idem: qꝛ
pluralitas eiuſdẽ rõnis neceſſario finita neceſſario ꝑe
exigit pluralitatẽ alterius rõnis ſm̃ quam ipſa deter
mineẽ. Iſta fuit declarata in ſolutione ſecũde qõnis.
mõ aũt equalitatis in perſonis diuinis pluralitas eſt
eiuſdem rõnis ꝛ neceſſario finita. ergo ipſa preexigit
pluralitatẽ alterius rõnis per quam ipſa determinaẽ
ad certam pluralitatem. Iſta pluralitas alterius rõis
preexacta non poteſt poni niſi in proprietate perſona
li: minor ꝙ̃tum ad p̃mã p̃tẽ. ſ. ꝙ equalitatis in pſonis
diuinis eſt aliqua pluralitas. ꝓbaẽ. qꝛ relatiue oppoſi
ta neceſſario ſunt diſtincta: ꝛ per ↄ̃ñs plura: ꝛ cum re
lationes in eis ſint rõnes oppoſitionis ille eque vel
multo magis erunt oppoſite ꝛ diſtincte. ꝛ ſi idem nõ
põt eẽ ſiſe ſibi vt ſupra dictũ eſt ſm̃. Dil. multo magis
equalitas in vno equali eſt diſtincta ab equalitate in
alio equali. ¶ Alia ps mi. ſ. ꝙ illa eſt eiuſdẽ rõnis ſa
tis eſt euidens: qꝛ ſic eſt in qualibet equalitate. ¶ 3ª
ps mi. ſ. ꝙ eſt nẽcio finita. pꝫ qꝛ alioq̃n poſſent eẽ infi
nite equalitates ĩ diuinis: ꝛ per ↄ̃ñs neceſſario eſſent.
Et ſi inſteẽ ꝙ maior ꝓpoſitio eſt vera de pluralitate
reali ꝛ non alia. ſi autẽ minor ſic accipiat pluralitatẽ
equalitatum eſſe realẽ in diuinis: tunc petiẽ p̃ncipi
um. ¶ Cõtra hec maior eſt vera de q̃cũq̃ pluralita
te ſiue rei ſiue rõnis. mi. etiã ꝓbata eſt qualitercũq̃
ſit. ſ. ꝙ nẽcio ẽ pluralitas. qꝛ nõ ſolũ ĩ relõnibꝰ realibꝰ
nõ põt eẽ eadẽ relõ realis in vtroq̃ extremo. ſed alia
ꝛ alia. immo hoc verum eſt in relõnibus ſm̃ rõnẽ.
Bb Q̃uis enim relões rõnis ſint diminute entitatis re
ſpectu relonũ realiũ. tñ ĩ ſua entitate hñt oppoſitionẽ
ꝛ diſtinctionem correſſdentẽ ſue entitati vt pꝫ in exẽ
plo ſatis conuenienti. relõ enim cãe vt dr̃ de deo eſt
tñ rõnis: ꝛ tñ ipſa cã ſuo mõ oppoſitionem ꝛ incom
poſſibilitatẽ tantam hꝫ ad cãtũ ſicut p̃nitas ad ſiliũ.
non enim petiẽ concluſio in mi. accipiendo in mi. ꝙ
iſta ſit pluralitas realis: ſed tñ accipiẽ gñalr̃ ꝙ ſit di
ſtinctio equalitatis relatiuo ꝛ ſuo correlatiuo: quod
verum eſt ſiue relõ ſit realis ſiue rõis: ꝛ eſt pluralitas
neceſſario finitas ꝛ eiuſdẽ rõnis. ſequiẽ g̃ concluſio:
ꝙ neceſſario ꝑexigat aliq̃ diſtinctionẽ alterius rõnis
per quam determineẽ: ꝛ non inueniẽ talis alteriꝰ ra
tionis nec realis nec rõnis niſi pluralitas proprietatũ
perſonalium ¶ Iuxta iſtud pꝫ correlariũ. ſ. ꝙ demõ
Cc ſtratione propter quid relões cões cõcludunẽ de ꝑ
ſonis diuinis per relões originis. ſicut dictũ eſt in
2° articulo p̃me queſtionis: ꝙ per proprietates eẽn
tiales cõcludũẽ de perſonis hñtibus illas ꝓprietates
pſonales ꝑꝑ q̃d: vtpote per memoriã pfectam ꝑꝑ q̃d
cõcludiẽ de pſona hñte talẽ memoriam a ſe ꝙ ſibi cõ
uenit dicere verbũ pfectũ. ꝛ per voluntatem pfectaꝫ
cõcludiẽ ꝙ hñti eaꝫ a ſe cõuenit ſpirare. quemadmo
dum concludereẽ ſi memoria differret a dicere: ꝛ vo
luntas a ſpirare. ita in ꝓpoſito comparando relatões
perſonales ad cões eſt ſiſis proceſſus. qꝛ ſi differrent
realiter hr̃e iſtam nãm eandẽ per generationẽ: ꝛ eſſe
idẽ: vel per gñationẽ hr̃e magnitudinẽ eandem ꝛ eẽ
eq̃lis. ſicut per hoc ꝙ eſt. a. ꝓducere. b. perfecte in ꝑ
fecta magnitudine demõſtrareẽ equalitas. a. ꝛ. b. ita
lectũ creatum precedit actũ voluntatis.igiꝛ ⁊c̃. ꝓba
tio minoris:qꝛ eſſentia vt eſſentia eſt obiectũ beati/
ficũ:nõ aũt eſſentia vt voluntas: vel vt volens.igitur
mouere ad actũ beatificũ cõuenit eſſentie rõne qua
eſſentia eſt:⁊ per ꝯñs illa erit ꝓor actiõe voluntatis.
¶ Confirmatur.qꝛ ſi per ipoſẽ deus nõ eẽt volẽs eẽn
tia ſua naturalr moueret intellectũ ad videndum ip
ſam.igiꝛ ⁊ modo ſilr mouebit:cũ non moueat inq̃/
tũ volẽs.ſicut nec eſt primũ obiectũ inquãtũ volẽs.
¶ P̃.obiectuz oẽ gignit notitiam actualẽ ſui.⁊ iſta gi
gnitio eſt naturalis ꝓpter qδ genitum dr̃ proles ſm
Augm.9.de tri.c.vlti.igiꝛ iſta viſio eſſentie in intelle
ctu btĩ naturalr gignetꝛ ab illa eẽntia. ¶ P̃.ſi volũtas
neceſſario concurrit cũ eſſentia in rõne principij mo
tiui ad actum beatificuz intellectus creati:quero q̃s
eſt ordo eſſentie ⁊ voluntatis in mouendo: volũtas
enim non poteſt dici ratio motiua prima: ⁊ eſſentia
ſecunda quaſi virtute eius mouẽs.opꝫ igiꝛ dare ecõ
uerſo.ſ.ꝙ eſſentia ſit prima rõ motiua: ſed prima rõ
motiua in mouẽdo tenet ſuũ propꝛiũ modũ mouen
di.non enim determinatꝛ ad mouendũ per illud qδ
ſcδm eſt.ſed determinat ipſum ad mouendũz. ſicut
videmus ꝙ actiuũ naturalr quantũ eſt de ſe neceſſa
rio agit:in illa tamẽ actione in qua ſubiacet volunta
ti non neceſſario agit: ſed põt contingenter agere ⁊
non agere:non quidẽ ex ſe:ſed propter contingẽtiaz
in voluntate ad agendũ. ¶ Similiter ſi voluntas in
agẽdo ſubiaceret ꝓncipio naturalr actio determina/
retur ab illo ad determinate agendum.

Digreſſio p fundiſſima theologica fundamēta li; vbiq; notanda.

A

Hic intelligēdū ē q motio oino pͣ in entibꝰ ē ne
ceſſario nālis. qꝛ oi motiōi volūtatis ē alia pſuppoſi-
ta. Et ſi aliq̄ motio in entibꝰ eſt nō nālis: maxie mo/
tio volūtatis ē nō nālis. ℭ Itē aliq̄ motio pt intelligi
eē ad terminū ſimplr infinitū. aliq̄ aūt ad terminū fi/
nitū. vel ad īfinitū includētē finitū: ⁊ illa q̄ eſt ad ter/
minū infinitū ſimplr eſt pοꝛ: qꝛ nō pt infinitū pꝰrige
re finitū. Sicut igiꝛ loq̄ poſſumꝰ: lꝫ īpropꝛie accipien
do motionē extēſiue: aſſignari pōt ordo motionū in
entibꝰ: ⁊ ſic loquēdo oino pᵐ mobile motiōe nāli ex
tēſiue loquēdo eſt intellꝰ diuinꝰ. ⁊ iō pmū motiuū
motiōe naturali eſt eēntia dīna vt ē pmū obiectū in/
tellectꝰ ſui. igiꝛ oino pͣ motio eſt naturalis motio in-
tellectꝰ diuini a ſuo obcto: ⁊ cū nāle mouēs moueat
mobile inq̄tū pt. illud aūt obm pōt mouere ad intel
lectionē actualē ſui: ⁊ h in intelligētia ingenita illius
pſone in q̄ p eſt eſſentia: ⁊ ad actualē notitiā ſui geni
tā: ad vtrāq; naturalr mouebit: lꝫ ordie quodā. qꝛ qꝺ

Nō pūctū q̄ intelligis al/tioꝛa.

eſt alicui pnᵐ opandi opatōe īmanēte ⁊ pducēdi p/
ductū diſtinctū quodāmō eſt pus pnᵐ opandi. ℭ Si
dicas q productio īmanet in diuinis ſicut operatio.
ℭ Rꝫ pductio nō īmanet quātū ad terminū. opatio
aūt oino īmanet. ℭ Silr eēntia eſt naturale motiuū
ad intelligēdū qꝺcūq; intelligibile ſimplex. ſꝫ nō ni/
ſi pus illa eēntia ſit in oībꝰ ſuis ſuppoſitis: nō quidē
q ſine h eēt defectꝰ pncipij actiui: ſed ex pte termini
reqriꝛ ordo. Sic igiꝛ cōpleta ē actio mere naturalis:
⁊ ad terminū oino pmū. ſ. infinitū vbi motio oino p-
ma eſt elicere vel q̄ſi elicere intellectionē i intelligē/
tia pma: ⁊ huic prima eſt gignere verbū. ℭ Hāc ſeqꝛ

R

actio q̄ nata eſt eſſe ad terminū oino pmū: puta ad eſ
ſentiā pmā cōicādā: q̄ lꝫ non ſit naturalis: tn̄ eſt oino
neceſſaria. ⁊ hec eſt motio volūtatis: ⁊ hec q̄ſi eſt du
plex. ſ. ad amare ſimplex ⁊ eē ad amorē pcedētem. ⁊
hec duplex motio volūtatis correſpōdet duplici motiōi
naturali que dicta eſt eē in itellectu ad intelligere ⁊
dicere. ℭ Cōtra. actio naturalis in eodē pcedit actio
nē nō naturalē. nūc aūt pte actōe naturali intellꝰ di/
uinus intelligit creabile. igiꝛ iſta actio pcedit omnē
actionē volūtatis. ⁊ ita ſpirationē ſpiritꝰ ſācti. ℭ Rñ
deo maioꝛ eſt vera loquēdo in eodē ordine ex parte
termini. hic autē eſt alius ordo ex pte primi termini
⁊ ſecūdi. ⁊ iō naturalis in vno ordine ſequiꝛ nō natu
ralē in alio ordine. pꝛla eniꝫ diſtinctio ordinū attēdi
tur ex pte terminorū. 2ͦ ex pte pncipioꝝ quātum ad
modū pncipiandi. ℭ Cōtra ordo pncipiorū eſt prioꝛ
ordine terminorū ſicut ⁊ pncipiū termino. nā p prin-
cipiū terminus pduciꝛ vel cōicaꝛ. ℭ Rꝫ aīs verū ē
de termino totali qui ſimplr capit eſſe. nō aūt de ter/
mino formali qui ſolūmō capit eſſe ſm q̄d. ℭ Cōple
to aūt toto iſto pceſſu originis reſpectu primi termi
ni. ſ. eſſentie diuine cōicāde. ſequiꝛ ordo alius reſpe/

S

ctu termini ſcꝺi eēntie. ſ. creabilis. ⁊ quidē eēntia ip-
ſa diuina in iſto ſcꝺo ordie mouet p ad intellectionē
ſimplicē oīa intelligibilia. ⁊ hec intelligētia vt iā ē in
tribus ſuppoſitis. nō aūt mouet ad diſtinctā notitiā
ſignificatis cuiuſcūq; cōplexionis: qꝛ ſi moueret determi

Cā notabili; paucis mā/ feſta pꝰanti bꝰ atq; theo logis.

nate ad cognoſcēdā alterā ptē in futuris cōtingētibꝰ:
cū nāle mouēs neceſſario moueat: ſequiꝛ q intellꝰ
diuinus neceſſario intelligeret hāc ptē ꝯdictionis fore verā:
⁊ ita vel poſſet errare: vel oppoſito nō poſſet euenire
⁊ tūc nō eēt contingēs ſed neceſſariū: illud qꝺ poniꝛ eſſe
ꝯtingēs. ℭ Si queraꝛ cū idē videaꝛ eē ordo cuiuſcū
q; intelligibilis ad pmū intelligibile quare pmū nō
eque neceſſario mouet ad cognitionē cuiuſcūq;: ℭ Rꝫ.

naturaliter moueret ⁊ p ꝯñs neceſſario ad cognitionē cu
iuſcūq; qꝺ eſt poſſe nāliter ⁊ neceſſario cognoſci. hmōi eſt
qꝺcūq; obiectū ſimplex. ⁊ ēt qꝺcūq; cōplexū verum
neceſſariū. nō aūt tale eſt aliqꝺ cōplexū de extitia cō/
tingētis: qꝛ nō eſt natū eſſe determinatū ad veritatē.
ℭ Et ſi queras q̄re nō neceſſario mouet ad talē cognitio
nē de cōplexo habendam quali poſſet haberi de eo.
ℭ Rꝫ aut moueret ad cognoſcēdū ſub diſiunctione
hoc fore vel nō fore: ⁊ hec cognitio non eſt determīa
ta de altera parte. Aut ſi moueret determīate ad co
gnoſcēdū alterā partē illa neceſſario eēt determina/
ta. ℭ Cōpleto igiꝛ toto ordine motiōis neceſſarie ſe

T

quiꝛ motio cōtingēs. illa non pt eē p pncipium nālis
motionis: qꝛ illius nō eſt niſi neceſſario mouere. igiꝛ opꝫ
illius motiōis pncipiū ponere volūtatē. Et ſic hmōi
motio cōtingēs ordinate. p ad intra: qꝛ niſi ipſa volū/
tas determinet in ſe ad volēdū alterā ptē nūq̄ deter
minabit aliq̄d ad extra. p igiꝛ determīat ſe ad volen
dū h fore determinate. 2ͦ ex h intellꝰ vidēs iſtā de/
terminationē volūtatis infallibilē nouit h eē futurū.
e conuerſo igiꝛ eſt in motiōe neceſſaria ⁊ contingēte
qꝛ in neceſſaria primū pnᵐ eſt nāle ⁊ iō p naturalr deter/
minaꝛ ad pptiā actionē. In cōtingēte aūt primū pn
cipiū eſt liberū: cuius actionē in p ordine ſequiꝛ na/
turalis. Cōpleta vͦo motione cōtingēte ad intra ſeqꝛ
motio ad extra. Illa igiꝛ tota eſt contingēs: ⁊ p ꝯñs
īmediate ipſius voluntatis vt principij. nullū igitur
intellectū creatum mouet eēntia vt eſſentia tanquam
motiuū per modū nature: ſed oēm intellectionē illi/
us eſſentie quā nō cāt aliqꝺ creatū cāt īmediate vo-
lūtas diuina. ℭ Per hoc pꝫ ad argumenta iam facta
in ꝯrium. Maioꝛ eniꝫ primi argumēti debet ſic itel

V

ligi. quācūq; potētiā īmediate mobilē a tali obiecto
ipſum obiectū vniformiter mouet. Nunc aūt quātū
ad prim ſ minorē eſſentia diuina eſt motiua īmedia
te ſui intellectus: ſed nō intellꝰ creati: qꝛ intellectus
diuinus eſt primū mobile oino. ⁊ iō p mouet a pma
forma motiua. ⁊ nihil aliud eſt īmediate mobile a p
ma forma motiua: qꝛ nō pōt īmediate mouere niſi
p mō motionis: ⁊ nihil aliud natū eſt ſic moueri. Si
igiꝛ cōcludas q eſſentia diuina eodē modo mouet
oēm intellectū: cōcedaꝛ quē īmediate mouet: ſed il/
le eſt ſolus intellꝰ diuinus: vt pꝫ ex dictis. ℭ Alia aūt
minoꝛ. ſ. q obiectū creatū naturaliter mouet: vera ē
de intellectu quē īmediate mouet. falſa autē eſſet ſi
aliquē intellectū moueret mediāte actu voluntatis:
qꝛ illū nō alr moueret: ſicut ſi voluntas mea poſſit li/
bere cāre intellectionem eſſentie mee in te. Sꝫ iſto
mō forte non eſt de aliqua eſſentia ⁊ voluntate crea
ta: qꝛ quelibet eſſentia eſt īmediate motiua intellꝰ

X

creati: ⁊ iō motione naturali. nulla aūt volūtas crea/
ta ē motiua ad itellectionē pfectā alicuiꝰ eēntie vt eſ
ſentia eſt: qꝛ nec pfecte eā cōtinet eminēter vel vnitiue: ⁊ q̄litercūq; ſit de obiecto creato mouente intel-
lectū nālr: pꝫ pus q nō eſt eadē rō de eēntia diuina:
qꝛ ipſa nō eſt īmediate motiua alicuiꝰ intellꝰ niſi pri

Y

mi. ℭ Ad aliud dico q mouere ad actū beatificum
nō ē pprius actus illius eēntie diuine neq; eſt pus ac
tus volūtatis. imo eſt pprie actꝰ illius volūtatis. eēn/
tia. n. vt quodāmō poꝛ volūtate eiꝫ ſit obiectum pᵐ ⁊
īmediatū illius viſionis in rōne terminātis: tn̄ nō eſt
obiectū īmediatū in rōne mouētis: ſed tn̄ mouens
remotū pro q̄to mouet intellm diuinū ad viſionem
precedētē illud velle quo mouetꝛ intellectꝰ michae/
lis ad viſionē. ℭ Et per hoc pꝫ ad confirmationē ibi
poſitam: qꝛ ſi illa eēntia nō eēt formalr volens nihil

uino poſſet cauſare ad extra: qꝛ nihil poſſet cauſare
niſi naturaliter: ⁊ quodcunq; extriſecum: cum ſit for
maliter poſſibile non poſſet eẽ a neceſſario niſi con/
tingenter. ¶ Ad 3^m dici poteſt: ꝙ eẽntia non hẽt ra/
tionem motiui ad viſionem ſui ab intellectu creato
niſi inq̃tum preſupponit̃ ipſam mouiſſe intellectū
diuinum ad viſionem que preſupponit̃ ipſi velle di/
uino motiuo intellectus creati: non igitur ſe hñt eẽn
y tia ⁊ voluntas vt mouens ſuperius ⁊ inferius ꝓprie
loquendo ſic intelligendo ꝙ vtrunq; attingat ipſū
motum: ſed tñ voluntas attingit intellectum crea/
tum: tñ preſupponit motionē intellectus diuini ab
ipſa eẽntia ſine qua ipſa voluntas non haberet illud
Arg^m ſubti/ lissimũ. velle quo mouet. ¶ Si arguitur contra hoc. qꝛ volū
tas vt voluntas non poteſt mouere niſi ad videndū
voluntatem vt voluntas eſt. non autem ad videndū
eẽntiam vt eẽntiam: nunc aũt videre voluntatē vt
voluntas eſt: ⁊ non eſſentiam vt eſſentia eſt: non
eſt videre objectum beatificum. ꝓbatio minoris. qꝛ
idem eſt obiectum beatificū intellectus creati ⁊ in/
tellectus diuini. Intellectus aũt diuinus non beatifi
cat̃ in videndo voluntatẽ vt voluntas eſt: qꝛ volun/
tas non eſt primū obiectū itellectus ſui ⁊ nõ beatifi/
catur niſi attingendo primū obiectū probatio maio
ris. qꝛ cum volũtas ſit quaſi poſterior ipſa natura: qꝛ
proprietas non poteſt eẽ principium cauſandi perfe
ctam viſionem eẽntie vt eẽntia eſt: que quodãmo
do eſt prior ⁊ perfectior. Iuxta illud Dam. c. iz. totū
inquit in ſeipſo comprehẽdens habet eẽ velut quod
dam pelagus ſubſtãtie infinitum ⁊c̃. ¶ Ad iſtud di/
Aa co. ꝙ qꝛ volũtas eſt perfecte idem cum eẽntia: ideo
poteſt eẽ principium motiuum ad videndum eẽn/
tiam vt eẽntia eſt. neganda eſt igitur illa maior. verū
quidem eſt. qđ ibi affirmatur. ſ. ꝙ voluntas põt eſſe
principium motiuum ad videndum voluntatē vt
volũtas eſt. falſum autem eſt qđ ibi negatur. ſ. ꝙ nõ
poteſt eẽ principium ad videndum eẽntiam vt eẽn/
tia eſt. ¶ Ad probationem maioris rñdeo: ꝙ priori
tas illa eſt quaſi prioritas fundamenti: ſed illud fun
damentum non ſolum eſt perfecte idem cū illo qđ
intelligitur fundari in eo: ſed etiam illud habet per/
fectionẽ formalem formaliter infinitā. ꝓpter quod
perfecte identice ⁊ vnitiue continet perfectionẽ fun
damenti: ⁊ propter iſtam rationem poteſt voluntas
eẽ principium cõicandi eẽntiam: qꝛ ipſa eſt identice
omnino eiuſdē perfectionis cum eẽntia. ¶ Ad ali
ud poſſet dici: ꝙ Aug^9 loquitur ibi de notitia que ẽ
verbum. vnde cū dixiſſet. naſcitur proles ipſa trini
tatis notitia. ſubdit in fine capituli. Eſt quedam ima
go ipſa mens ⁊ notitia eius que ẽ proles eius: ac de
ſeipſa verbum eius ⁊ amor tertius. hec ille. Non igi
tur quecunq; notitia actualis obiecti eſt verbū eius:
Bb ſed illa ſola que de ipſo naſcit̃ tanq̃ proles: hoc eſt
non tñ eſt naturalis ſimilitudo eius ſed nãliter gi/
gnitur ab ipſo naſcendo. notitia igit̃ actualis que ꝓ
ducitur immediate per voluntatem non eſt verbū
obiectiq; ⁊ ſi ſit ſilitudo naturalis obiecti: non tñ eſt
naturaliter genita. ¶ Et ꝓpter iſtđ poſſet dici: ꝙ bea
tus non hꝫ verbum de deo: qꝛ ⁊ ſi illa viſio ſit imago
diuine eẽntie ipſam nãliter repreſentans: non tamẽ
eſt imago nãlis naturaliter ab ipſa procedens ſed il/
lius eẽntie eſt tñ vnicum verbum: ⁊ hoc in ſolo in/
tellectu increato: in quo ſolo poteſt eẽ notitia ipſius
obiecti naturaliter genita. ¶ Aliter poſſet dici ad il/
Cap. vii. lud. 9. de tri. cum dicit Aug^9 ꝙ oẽs res quãcunq; co
gnoſcimus congenerat in nobis notitiam ſui: qđ vel

intelligitur de re quam nãliter cognoſcimus: hoc ẽ
ex cauſis nãliter motiuis intellectus noſtri. illa qui/
dem in ſeipſa vel in cauſis ſuis congenerat: hoc ẽ na
turali fecunditate ⁊ neceſſitate cauſat in nobis tan/
q̃ naturalem ſimilitudinem notitiam ſui. ⁊ ſic ver/
bum non gignitur niſi de memoria. nunc autem ob
iectum qđ ſit cognitum per actum voluntatis non
opꝫ preeſſe in memoria: vel ſaltem nõ agit vt preexi
ſtens in memoria. Sic igitur modo dicto ſaluat̃ pro
prie ratio verbi. ¶ Uel ſi hoc qđ ait. omnis res ex/
tendatur etiam ad eẽntiam diuinam: tunc illud qđ
ſequitur. ſ. congenerat notitiã ſui debet intelligi vel
formaliter pro obiecto naturaliter motiuo vel equi
ualenter pro obiecto increato: qꝛ ipſū vel per ſe vel
per aliquid ſibi idem: cauſat in nobis notitiam ſui: q̃
equiualet in perficiendo intellectū: ac ſi eẽt proles
naturaliter genita: qꝛ ẽ ſimilitudo naturaliter ducẽs
in obiectum. ſicut ſi eẽt ab obiecto naturaliter expreſ/
ſa. ¶ Hic videtur ſequi ꝙ eẽntia non eſt repreſenta Cc
tiua ſui michaeli prius natura q̃ viſio eius cauſatur
in michaele. igit̃ multo magis nõ ẽ repſentatiua ali
cuius alterius: ſed tam ipſa q̃ alia contingenter repꝛ
ſentantur per actum voluntatis: ita ꝙ ipſum repſen
tare non eſt precedens quocunq; ipſam intellectio
nem obiecti qđ dr̃ repreſentari. ¶ Sed ſi queratur
hec repreſentatio quodammodo prior actuali intel
lectione illa tñmodo inuenitur in memoria. ⁊ in me
moria diuina nihil proprie eſt niſi obiectū qđ quaſi
tribuit actum primū ſiue immediatū actui 2°. ſ. intel
lectioni actuali. illud aũt ſic actuans eſt prĩtia com/
pleta pmi obiecti. ſ. eẽntie diuine. ¶ Cõtra: quõ igit̃
beatus videt obiectū ſcđariū in ipſa eẽntia: ſi non ẽ
aliquo mõ ibi repñtatū: ⁊ non repñtat̃ ſibi in volunta
te: qꝛ voluntas non eſt ſpeculū in quo videat̃ lꝫ per
voluntatem manifeſtet̃. ¶ Rñdeo. lapis videtur in Speculo ſin gularis.
eẽntia diuina. nõ vt in ſpeculo in quo reluceat vt ob
iectum preſens: ſed ipſa eẽntia ſe ſolam ⁊ ſoli ſuo in
tellectui ſe repñtat ante actum intelligẽdi: ſed lapis
videt̃ in eẽntia diuina: vt obiectum ſecundariū in
primo obiecto: non quidē motiuo ad intellectionẽ
ſecundi: ſicut mouet intellectum ꝓprium: ⁊ ſicut in
tellectū noſtrum mouet principium ad concluſionẽ
ſed ordine primi obiecti ⁊ ſcđi terminantis quodā
alio. ſ. voluntate mouente ad iſta duo obiecta ordie
quodam actum intellectus terminantis.

De tertio principali dico: ꝙ aĩa ex natu/ Dd
ralibus in quocunq; ſtatu: vel
angelus non põt cognoſcere eẽntiã diuinam ſub ra/
tione propria mediate. ſic intelligendo ꝙ per obie/
ctum cognitū mediū: vel in obiecto cognito medio
cognoſcat̃ ratio eius: qꝛ nihil põt per ſe diſtincte in/
telligi hoc modo mediate: niſi in illo medio cõtinea
tur eẽntialiter ⁊ virtualiter: ⁊ hoc perfecte. ſ. ſm to/ 2. meta. tex. c. 4.
tam rõnẽ cognoſcibilitatis ſue. eẽntia diuina in nul/
lo alio ſic cõtinetur. igitur ⁊c̃. minor probatur: qꝛ ni/
hil aliud a diuinitate continet eam perfecte ſub rõ/
ne entitatis. igitur nec ſub ratiõe cognoſcibilitatis.
maior probatur. qꝛ obiectum quodcunq; ſi moueat
ad aliquam notitiam tunc ſm vltimū virtutis moti
ue mouet ad ꝓpriam ⁊ perfectam notitiã. ſui igitur
nec põt mouere ad notitiam ſimplr̃ perfectiorẽ illa
nec per ↄ̃ñs ad notitiam propriam perfectioris ob/
iecti. ¶ Contra iſtud inſtatur primo contra rationē
ſic. ſufficit ꝙ cauſa virtualiter contineat illud cuius
eſt cauſa: ita ꝙ ad hoc ꝙ ſit cauſa non oportet ꝙ cõ/
tineat illud cuius non eſt cauſa. nunc autē quicq̃d

moueret ad diſtinctam ⁊ perfectã notitiam eſſentie diuine: non ꝓpter hoc opʒ ꝙ cõtĩ cã illius eẽntie: ſed tñ cã illius notitie. igitur lʒ non contineat illã eſſentiaʒ: vt ꝓbatur. ſi tñ contineat illã notitiã: vt puta ꝙ ſit perfectius ea: ſicut ſubã eſt perfectioꝛ accñte hoc ſufficit ad hoc ꝙ moueat intellm ad talem notitiaʒ. videt̃ aũt ꝙ illa notitia poſſit eminenter cõtineri in ſubſtantia angeli vel anime: cũ illa ſubſtãtia ſit multo perfectioꝛ ꝗ̃ notitia: ⁊ multo imediatioꝛ ipſi obiecto in oꝛdine eſſentiali. ❡ Põ inſtatur contra cõcluſionem illam probatã. p̃mo ſic. per illud qꝺ eſt imago ꝓpꝛia alicuius obiecti videtur poſſe diſtincte cognoſci illud cuius eſt imago. ſic eniʒ ſenſus viſus diſtincte cognoſcit obiectum in ſpeculo. nunc aũt non ſolum angelus: ſed ẽt anima ẽ imago dei ſm Augm̃ 14. tri. c. 8. vterqꝫ aũt põt diſtincte cognoſcere ſeipʒ etiã ex naturalibus: ſicut de ipſa aĩa de qua minus videtur. vult Augꝰ. 14. de trini. c. vlti. qm̃ ſemper ſe noſce: ſemperqꝫ ſeipſam velle cõpꝛehẽdebat̃ ſimul ẽt ſemper ſui meminiſſe: ſemperqꝫ ſeipſam intelligere ⁊ amare compꝛehẽderetur: ꝗ̃uis non ſemper ſe cogitare diſcretam ⁊c. ⁊ eodem lib 14. c. 4. vel. 9. diximus mentem noſcere ſemetipſam. nihil enim tam nouit mens ꝗ̃ illud qꝺ ſibi preſto eſt. nec menti magis quicꝗ̃ preſto eſt ꝗ̃ ipſa ſibi: ⁊ de hoc ibidẽ multum. c. 6. ⁊. 7. ❡ Scꝺo inſtatur ad ideʒ per hoc ꝙ intellectus creatus beatus põt naturaliter cognoſcere ſuum actum beatificum. igit̃ per illum poteſt naturaliter cognoſcere obiectum. ꝯñtia iſta probat̃. tum qꝛ actus eſt naturalis ſimilitudo obiecti: immo videt̃ eſſe expꝛeſſioꝛ ſimilitudo ꝗ̃ eſſet ſpẽs intelligibilis ipſius obiecti ſi poneret̃: igitur obiectum diſtincte põt cognoſci per ipſum vt per nãlem ſimilitudinem ſui. tum qꝛ non videt̃ ꝙ actus poſſit cognoſci vt eſt huius obiecti niſi cognoſceret̃ hoc obiectũ ſub ea ratione ſub qua ipſius eſt actus.

Uide. 10. tri. c. 10. ⁊. 8. tri. c. 7.

Ee Ad iſta. Ad primũ dico: ꝙ nihil ſufficiẽter continet continentia virtuali ipſaʒ notitiam niſi contineat obiectũ cognoſcibile tanquã ꝓpꝛiũ repñtatiuum eius. ſ. foꝛmale vel eius repreſentatiuum virtuale. ſpẽs aũt ꝓpꝛia obiecti: ⁊ ſi ſit reſpectu eius diminuta in entitate: tñ continet ipſm pꝛimo modo tanꝗ̃. ſ. repñtatum per ipſam foꝛmaliter: ſed qñ non eſt repreſentatiuum foꝛmale obiecti opʒ ꝙ virtualiter contineat tale repñtatiuum ꝓpꝛiũ ⁊ qñ eſt repñtatiuum ſicut obiectum cognitum: tũc opʒ ꝙ contineat aliud obiectum: qꝺ ꝑ ipſum debet cognoſci. ❡ Ad duo alia argumenta negaretur foꝛte ꝙ aĩa vel ãgelus ex nãlibus poſſet cognoſcere ſe ipſum ⁊ ẽt actum ſuum beatificum. Sed qꝛ vtrũqꝫ vĩ contineri ſub ꝓpꝛio obiecto intellꝰ huius ⁊ illius ⁊ hoc ſub pꝛimo nãliter attingibili. ſ. ſub ente limitato. Ideo dici poſſet aliter: ꝙ taʒ aĩa ꝗ̃ angelus licet poſſit nãliter noſcere ſe ꝗ̃tum ad illud abſolutũ qꝺ ipſm eſt: non tñ põt naturaliter noſcere ſe inquantuʒ eſt imago dei ſiue ſe eſſe imaginẽ dei: qꝛ non põt naturaliter cognoſci relatio: niſi nãliter poſſit cognoſci vtrũqꝫ extremum. ❡ Pꝛo iſta rñſione videtur eẽ illud Auguſtini. 15. de tri. c. 24. Qui vident inde ſuam mentẽ: ⁊ in ea trinitatem iſtã. ſ. memoriã intelligentiam ⁊ voluntatem: nec tñ credunt eã que intelligũt eſſe imaginẽ dei. ſpeculuʒ quidẽ vidẽt: ſed vſqꝫ adeo non vident per ſpeculũ: vt. ſ. ipſum ſpeculum qꝺ vident ſciant eſſe ſpeculũ. i. imaginem. ❡ Contra iſtã rñſionem dupliciter argui põt. pꝛimo ſic. relatio imaginis vel eſt idem cũ eſſentia aĩe vel angeli: vel ſaltẽ neceſſario ꝯñs naturã eius: igit̃ per ipſam cognitam põt ipſa relatio cognoſci. Añs ꝓbat̃ ſic. qꝛ relatio dependentie eſſentialis vel eſt idẽ nãe dependẽnti vel neceſſario conſequit̃: qꝛ ſi cõtingenter adueniret nature. nã poſſet eſſe ſine illa dependentia. ⁊ ita nõ eſſentialiter dependeret. relatio aũt imaginis vĩ eẽ relatio dependentie imitãtis ad illud quod imitatur. ❡ 2ᵒ ſic. potentia põt naturaliter cognoſcere quodcunqꝫ contentũ ſub ſuo pꝛimo obiecto naturali. nũc aũt ſub ente limitato qꝺ eſt pꝛimũ obiectum naturale intellꝰ creati continet̃ illa relatio imaginis: qꝛ ipſa non eſt infinita: cũ ſit in fundamento finito. ❡ Ad

Ff pꝛimũ. relatio non põt cognoſci niſi cognoſcat̃ vtrũqꝫ extremũ. qñ igitur fundamentũ non includit terminũ in rõne cognoſcibilitatis ipſum non eſt cã ſufficiens ad cognoſcendũ relationem. ita eſt hic. Et cũ arguitur ꝙ neceſſario conſequit̃ fundamẽtũ. ex hoc non ſequitur ꝙ per ipſum poſſet perfecte cognoſci: niſi eſſet entitas abſoluta: ad cuius cognitionem nõ requiritur aliud cognoſci in rõne termini. ❡ Cõtra hoc: qꝺ includit aliud in entitate: ⁊ in cognoſcibilitate fundamentũ. aũt illud includit in entitate relationem iſtam ſi neceſſario conſequat̃ ipſum. igit̃ ⁊ includit ipſam in cognoſcibilitate. ❡ Rꝰ non includit eam in entitate vt totalis cã eius: ſed vt pꝛoxima cã. ſuppoſita tñ alia cauſa. ſ. termino: qꝛ ⁊ ipſum fundamentũ illam aliam cãm ſupponit. ❡ Conſimiliter concedo: ꝙ includit eam in cognoſcibilitate preſuppoſita aliã cã eius ĩ cognoſcibilitate. ⁊ hoc ſi ſimplr ſimpliciter: ſi alicui alicui. ſed iſti cognoſcẽti. ſ. angelo vel aĩe ⁊ hoc naturalr: ſiue ex cauſis nãliter motiuis non ꝑſupponit̃ obiectũ ſiue terminus eſſe naturaliter cognoſcibilis. ⁊ ideo fundamentuʒ lʒ ſit huic naturalr cognoſcibile: non ſequit̃ relationẽ huic eſſe naturalr cognoſcibilẽ. ❡ Ad 2m̃. ens limitatuʒ. ⁊ ad

Gg ſe. vel ſi ẽt eſt limitatũ ⁊ ad alterũ: tñ limitatum: eſt naturale obiectum intellꝰ creati. ſed entitas limitata in ſe que eſt eẽntialiter ad alterũ illimitatũ. non ẽ naturaliter intelligibilis ab intellectu creato: ſicẽ nec terminus ſine quo: nec ipſa itelligi põt. ❡ Licet iſte rñſiones ꝓbabiliter videant̃ ſaluare ꝙ abſoluta entitas anime vel actus beatifici poſſet naturaliter intelligi ab aĩa: lʒ nõ naturaliter poſſit itelligi ab ea relatio ad terminũ. nec per ꝯñs opoꝛteat deum intelligi in ratione termini illius relationis. Tñ rõnes ille de anima ⁊ de actu videntur habere aliam difficultatem: vnam cõem: qꝛ per illud quod eſt naturalis imago obiecti poteſt ipſum obiectum cognoſci licet per hoc qꝺ ẽ imago nõ cognoſcatur relatio imaginis. Exemplũ. per ſpeciem albi in oculo videt̃ album: licet non cognoſcatur relatio illius ſpẽi ad album: ⁊ ita eſt de intellectu ponendo ſpeciem intelligibilẽ: ⁊ ratio eſt: qꝛ illa relatio fundata in ſpecie ſenſibili vel intelligibili non eſt foꝛmalis rõ cognoſcendi obiectum: ſed illa foꝛma in qua fundat̃ relatio. igitur in pꝛopoſito: lʒ non naturaliter intelligat̃ relatio anime vel actus beatifici ad deum: tamen qꝛ eſt tale fundamentum ꝙ ex ſe eſt ſimilitudo obiecti per ipſum poterit cognoſci obiectum. ❡ Uidetur etiam ſtare ratio pꝛius facta de actu: qꝛ actus videtur eſſe foꝛmalis ſimilitudo obiecti: ⁊ actualioꝛ ꝗ̃ ſpecies intelligibilis: ſi poneret̃. igit̃ ſi per ſpẽm poſſit obiectũ diſtincte intelligi vel cognoſci magis vel eque poterit intelligi per actuʒ. ❡ Uidetur etiam ſtare aliud quod fuit ibi tactum: quia ꝙ actus intelligatur vt ẽ obiecti: ⁊ non intelligatur obiectũ ſub illa ratiõe ſub

Dubia ſubtiliſſima.

qua terminat actum. videtur esse ꝫdictio. nunc autē
ex naturalibus anima que beata eſt pōt cognoſcere
ex natura ſua actum beatificum vt eſt beatificus: z
per ꝯ͡ñs vt eſt obiecti beatifici: qz etſi non habeat ac/
tum illum ex natura ſua: tñ ſup illum actum iam exi/
ſtentem poteſt reflecti: z hoc virtute ſua naturali: qḋ
ꝓbo primo per illud .15. de tri. c. ii. vbi dicitur. Qui
dicit ſcio me viuere. vnum aliquid ſe ſcire dicit. pro/
inde ſi dicat. ſcio me ſcire me viuere duo ſunt. z ſe/
quitur. ſic poteſt addere tertium z quartum: z innu/
merabilia ſi ſufficiat. poteſt inquam ex virtute natu/
rali. ſi tñ ſufficiat ad continuandum iſtos actus refle/
xos. ℭ Hoc probatur 2°: qz ſi ad actum reflexionis
requiritur aliquod ſupernaturale: pari ratiōe ad no/
uum actum nouum ſupnaturale: z tunc ſicut in infi/
nitum pōt procedi in actibus reflexionis. ſic in infi/
nitum requiritur aliud z aliud ſupernaturale quo re/
flectetur. ℭ Confirmatur: qz actus tertius haberet
ſe ad 2ᵐ ſicut reflexus ad rectum. ſi igit̄ poſito actu
recto non pōt anima reflecti ſuper illum: niſi virtute
alicuius ſupernaturalis ad hoc eleuantis. pari ratiōe
nec per tertium reflecti poteſt ſuper 2ᵐ: niſi per ali/
ud ſupernaturale. ℭ Hoc probatur tertio: qz intelle/
ctus actum quem habet poteſt percipere z experiri.
z hoc ſm propriam perfectionem illius actus: z ex
natura ipſius potentie: ſicut qñ video ex virtute po/
tentie naturalis percipio me videre. z poſſem illud
ex ratione virtutis viſiue percipere ſi eēt reflexiua ſi/
cut intellectus.

Ad iſta aliquid eē medium cognoſcēdi: vel
in cognoſcendo pōt intelligi dupliciter. vno modo ꝙ ſit medium cognitum ſic ꝙ per ip/ Db
ſum cognitum cognoſcatur aliud: ſicut cognoſcitur
concluſio per principium. alio modo ꝙ non ſit me/
dium cognitū ſed ratio cognoſcendi ſolum: ſicut ſpe/
cies ſenſibilis in ſenſu eſt ratio ſentiendi. primo mō
nihil poteſt eē medium cognoſcēdi obiectum aliud
niſi contineat in ſe cognoſcibilitatē illius obiecti ſm
quā illud cognoſcitur per illud: qz ſi iſtud excedat il/
lud in cognoſcibilitate: tunc illud qualitercunqꝫ per/
fecte cognitum deficiet ab iſto cognito in cognoſci/
bilitate. 2° modo bene poteſt aliquid eē mediuꝫ co/
gnoſcendi aliud. licet cognoſcibilitas ſua propria de/
ficiat a cognoſcibilitate illius. dum tamen ſit natuꝫ
ducere in illud vt cognoſcibile. per hoc patet ad pri/
mum: quia licet anima ſit imago dei: tamen non eſt
nata eē mediū cognoſcendi deum 2° modo: ſed tm̄
primo modo. vt haberi pōt ex auctoritate Auguſtini
prius adducta. Qui videt ſuam mentē zc̄. Medium
autem cognoſcendi 2° modo reſpectu iſtius medij
vt cogniti eſt aliquod ꝓprium formale repreſentati/
uuꝫ ipſius anime. z per illud cognoſcitur anima ſub
propria ratione tanqꝫ perfectiſſimum repreſentabi/
Ji le per illud: z per conſequens per illud non poteſt in/
telligi deus ſub ratione ſue intelligibilitatis: ſed tm̄
in aliquo diminuto intelligibili imitante z participā/
te intelligibilitatem eius. ℭ Et per idem ad 2ᵐ: qz
actus eſt ſimilitudo cognita: z talis nō ſufficit ad co/
gnoſcenduꝫ illud cuius eſt actus: ſicut ſpecies intel/
ligibilis in vno intellectu viſa: alij intellectui viden/
Hic ſignat̄ q̄ daz additio infra ad finē huius li.
ti eam non ſufficeret ad perfecte cognoſcendum ob/
iectum cuius eſt. ℭ Contra. actus in illo intellectu
cui ineſt eſt ratio perfecte attingendi obiectum tan/
qꝫ preſens per illum actū. igitur ei cui ille actus ē ꝑ
ſentialiter notus ille per illum actum notum poterit
attingere illud obiectum: qz per illum actum: z in il/
lo habet idem obiectuꝫ ſibi preſens. ℭ Reſpōdeo.
intellectus cui actus ineſt per illum vt rationem ꝓ/
ximam attingendi attingit obiectuꝫ: ſuppoſita tamē
preſentia obiecti propria. cui aūt ille actus eſt cogni/
tus non habet illum vt ſibi propriam rationem attin/
gendi: ſed ad hoc ꝙ haberet actum quo formaliter
attingeret oportet habere alium actum: z cum hoc
ꝓpriam preſentiam obiecti. ℭ Ad aliud cum argui/
tur ꝙ anima ex natura ſua poteſt reflecti ſuper actū
beatificum vt beatificus eſt. hoc poſſet negari. veruꝫ
quidem eſt ꝙ reflecti poteſt: ſed non niſi virtute illi/ Kk
us virtute cuius habet actum rectum. Nec plus ꝓ/
bat auctoritas Auguſtini: qz nō dicit ꝙ poſſit ſem/
per ex ſola natura. ſed ſi hēt actum rectum poteſt re/
flecti ſuper illum vel ex virtute nature vel ex virtute
illius per qḋ hēt actum illum. z nō ſequitur illud cō/
ueniens de proceſſu in infinitum: qz idem ſuperna/
turale ſufficit ad actum rectum: z ad omnes refle/
xos. ℭ Ad illud etiam de ſenſu patet: quia ꝙ perci/
pio me videre eſto ꝙ hoc non ſit per potentiam vi/ Argm̄ principale qz ſoluitur facil'r ex dictis. ideo omiſit doct. ipſiuꝫ ſolonē hic.
ſiuam: tamen non eſt per potentiam aliquam infe/
riorem: ſed forte per aliquam ſuperiorem cuius eſt
cognoſcere actum viſus. Queſtio. XV.

Conſequenter q̄ritur de mo/
do quo intellectus exit in actuꝫ ſiue de
cauſa intellectionis. Et eſt queſtio poſi/
to ꝙ beatus in patria habeat verbuꝫ de
creatura viſa in eēntia diuina. Utrum reſpectu illi⁹
verbi creature intellectus poſſibilis hēat ſe pure paſ/
ſiue? Arguitur ꝙ ſic: quia intellectus poſſibilis reci/ 3. de aīa. t. c.
pit illam intellectionem: ſed idem reſpectu eiuſdeꝫ 2. 12. z. 18.
non habet rationem receptiui z actiui. qḋ enim re/
cipit eſt in potentia: quod autē agit eſt in actu. Idē 5. 9. z. 10.
autem non poteſt eē ſimul in potentia z in actu: cuꝫ meta.
iſte ſint prime differentie entis. igitur itellectus poſ/
ſibilis nullo modo actiue ſe habet reſpectu verbi: z
per conſequens pure paſſiue. ℭ Contra. ſi verbum
ibi formatur quero a quo formatur. non poteſt dici
ꝙ formatur ab obiecto: quia intellectio eſt actio im/
manens ſm phm̄. 9. meta. ſi auteꝫ eēt actio obiecti T. c. 16.
in intellectum illa eēt actio tranſiens: nec poteſt di/
ci formari ab intellectu agente: qz intellectus agens
facit de potētia intelligibili actu itelligibile ſm phm̄
3. de anima. igitur tota actio eius completa ē ante in/ T. c. 18.
tellectionem actualem: z per conſequens ante ver/
bum: nec poteſt dici ꝙ memoria formet actiue ver/
bum: quia verbum formatur per actum intelligen/
di. memoria non intelligit: ſed omne intelligere eſt
ipſius intelligentie. 15. de tri. igitur relinquitur tan/ Ca. 7.
dem ꝙ nihil in anima actiue format verbum: niſi in/ Idē. 14. tri.
tellectus poſſibilis. c. 7.

Hic non queritur ſi de obie/
cto beatifi/
co poſſit haberi verbum: nec de obiecto ſecundario
viſo in illo obiecto primo: nec ſi aliud ſit verbuꝫ ob/
iecti primi z ſecundi. ſed ſupponitur de obiecto ſe/
cundario haberi verbum. z queritur qualiter intel/
lectus poſſibilis ſe habeat in eius formatione. Inci/
piendo igitur a manifeſtioribus primo inq̄retur de
formatione verbi ſm modum intelligēdi quē nunc
experimur. z ſecundo applicabitur ad intellectio/
nem in patria.

De primo ſuppoſito ꝙ i/
ntellectio pfecta: puta diffinitiua de obo diffinibili ſiue ſit a

totiens.igit̃ in parte intellectiua eſt parens gignens
illam notitiam que eſt proles: ⁊ per conſequens pri
cipium actiuum reſpectu intellectionis. Qui igitur
Ueluti qui/ poneret fantaſma vel aliquam formam talem in par
dam lucifa/ te ſenſitiua eſſe rationem immediate gignendi noti
ge putant. tiam actualem: non ſolueret: vt videtur: rationez pa
rentis in mente proprie accepta. ¶ Preterea Augu
ſtinus.15.de tri.c.23. Memoria hominis ⁊ maxime
illa quam pecora non habent in qua res intelligibi/
les: ita continentur vt non in eam per corporis ſen/
ſus venerint habet in hac imaginem trinitatis impa
rem quidem: ſed tamen qualemcunq̧ ſimilitudinē
patris. hoc exponit.c.13. in fi. ſic. Hoc verbum noſtrū
de ſcientia noſtra naſcitur quemadmodum ⁊ illud
de ſcientia patris natum eſt. ⁊.c.21. vel.63. Memo/
ris inquit tribuens omne quod ſcimus. ¶ Ex iſtis
habetur ꝙ illa memoria quam pecora non habent:
hoc eſt proprie intellectiua pro tanto habet ſimilitu
dinem patris: quia de ipſo vel de ſcientis que eſt in
ea naſcitur verbum noſtrum ſicut verbuz eternum
naſcitur de ſcientia patris. ſatis expreſſe videtur in
iſtis auctoritatibus velle quod in parte intellectiua
proprie accepta ſit principium actiuum reſpectu in/
tellectionis.

De ſecundo primi articuli principa/
lis certuz eſt ꝙ ad actua
E lem intellectionem cauſandam concurrunt aliquid
ipſius anime intellectiue: ⁊ obiectum aliquo modo
preſens. ſ. vel in ſe vel in aliquo repreſentāte: ſed qd
iſtorum debet poni per ſe actiuum: reſpectu intelle/
ctionis auctoritates videntur varie loqui. Aug⁹.12.
ſuper Gen.c.29. Non putandum inquit eſt corpus
aliqd agere in ſpiritum quaſi ſpiritus corpori facien
Idem.3.de ti materie vice ſubdatur. omni enim modo preſtan
ciui.cō.19. tior eſt res que facit illa de qua facit: nec vllo modo
corpus preſtantius ſpiritu: immo ſpiritus preſtātior
corpore: Quis igitur imago eſſe incipiat in ſpiritu: ta
men eandem imaginem non corpus in ſpiritu: ſed
ſpiritus in ſeipſo facit celeritate mirabili. ¶ Itē idē
10.de tri.c.5. anima conuoluit ⁊ rapit imagines cor
porum. ¶ Pro actiuitate tamen obiecti videtur di/
cere.15.de tri.10.vel.24. formata cogitatio ab ea re
quam ſcimus. verbum eſt quod in corde dicimus.
Et ibidem. Ex ipſa ſcientia quā memoria tenemus
naſcitur verbum. Et.c.12.vel.30. Uerbum eſt ſimili
tudo rei note de qua gignitur ⁊ imago eius. ¶ Phi
loſophus autem videtur loqui pro actiuitate obie/
cti: q̄ illud videtur eſſe principium actiuum per qd
aliquid reducitur de potentia eſſentiali ad acciden/
talem. hoc autem eſt aliquid ex parte obiecti: q̄ illd
per qd obiectum eſt preſens ſub ratione actu intelli
T.c.60. gibilis eſt ſpecies cauſata ab obiecto. ¶ Pro hoc eſt
illud ſcdi de anima qd prius eſt adductum. ſ. vniuer
ſalia quodammodo ſunt in anima. vnde intelligere
in ipſo quidem eſt cum velit: ac ſi diceret: ꝙ q̄ ob/
iecta intelligibilia ſunt preſentia anime. ideo ipſa ē
in potentia accidentali potens intelligere cuz velit.
¶ Sed pro actiuitate potētie videtur aliquibus eſ/
T.c.16. ſe illud.9.meta. ꝙ ſpeculatio eſt actio immanens. ſi
autem intellectio non eſt ab itellectu: ſed tm̄ ab ob/
iecto. non eſſet ibi actio immanens: ſed tm̄ tranſiēs.
¶ De iſto articulo poteſt dici ꝙ vtrunq̧ concurrit
in ratione principij actiui reſpectu intellectionis. ali
f quid. ſ. ipſius anime ⁊ ipſum obiectum: vel aliquid
ex parte obiecti. Et hoc videtur haberi ab Auguſtio
9.de tri.c.vlti. Liquido inquit tenendum eſt ꝙ ois

res quamcūq̧ cognoſcimus cōgenerat in nobis no
titiam ſui. Ab vtroq̧ enim paritur notitia. ſ. a cogno
ſcēte ⁊ cognito. Et.11.de tri.c.2.vel.5. ex viſibili ⁊ vi
dente gignitur viſio. Et lʒ ibi ſubdat. informatio ſen
ſus que viſio dicitur: a ſolo imprimit̃ corpore quod
videtur. hoc non eſt contra illud: quia equiuoce ac/
cipitur hoc nomen viſio. primo pro actu videndi.2°
pro ipſa ſimilitudine rei viſe: ⁊ illa a ſolo corpore cā/
tur. Et iſta equiuocatio poteſt colligi ex multis ver/
bis illius capituli. ¶ Pro hac concluſione videt̃ eſſe
ratio quoniam quando obiectuz intelligibile eſt ac
tu preſens intellectui poteſt haberi intellectio actua
lis illius obiecti: ſed non poteſt haberi ſine pricipio
perfecte actiuo. igitur vel alterum illorum tantū eſt
perfecte principiū actiuum vel ambo integrant vnū
principium perfecte actiuum: ita ꝙ vtrūq̧ ſit partia
le actiuum. Quod autem neutrum ſit perfecte prin
cipium actiuum probatur primo de obiecto: q̄ ali/
quod obiectum non eſt nobilius ipſa intellectione:
ſicut accidens ſenſibile. ⁊ principium actiuum perfe 6
ctum quādo eſt equiuocum neceſſario ē perfectius
forma cauſata. ¶ 2° probatur idez q̄ obiecto exiſtē
te eque preſente intellectui ſi maior eſt conatus: ⁊
maior intentio ad intelligēdum perfectior poteſt ha
beri intellectio. ⁊ hic videtur quia perfectius veſti/
gium derelinquitur: igitur maior intentio volunta/
tis cauſat aliquo modo perfectiorem intellectionē:
quod non videretur probabile ſi ſoluz obiectum eſ
ſet cauſa actiua eius: quia illd videretur ſemper age
re ſm̄ vltimum potentie: cum ſit agens naturale nō
liberum per eſſentiam. patet. ſed nec liberum p̱ par
ticipationem videtur: cum non ſit eadem natura cū
voluntate. ¶ Tertio oſtenditur idem ſic. operatio il
la non eſt per ſe perfectio agentis quam ipſuz elicit
preciſe mediante aliquo ſuo accidente per accidēs.
Exemplum. calefacere vel etiam calere non eſt per
ſe perfectio ligni calidi: q̄ non competit ſibi niſi per
calorem qui eſt accidens eius. illud autem a quo ob
iectum aliud ab anima eſt p̄ſens intellectui eſt eius
accidens per accidens: quia quandoq̧ contingēter
ineſt: quandoq̧ non. igitur ſi ſolum illud eſt princi/
pium actiuum reſpectu intellectionis: intellectio nō
eſſet propria perfectio intellectus vel hois. ¶ Itez
ſecundo probatur: ꝙ nec totalis actiuitas cōueniat
intellectui: quia actus videtur ꝓpria ſimilitudo ob
iecti. videtur etiam ſortiri ſpeciem ab obiecto. licet
non ſicut a principio formali intrinſeco: tamen ſicut
a per ſe principio extrinſeco. videtur etiam eſſentia
liter depēdere ab obiecto: propter qd refertur ad ip
ſum in tertio modo relatiuorū. hoc aūt non videret̃
verum ſi obiectum eſſet tm̄ cauſa per accidens: vel
cauſa ſine qua non. ¶ Concedo igitur auctoritates
prius adductas ad quaſcunq̧ affirmatiuas: ſiue de
intellectu ſiue de obiecto. verū quidē eſt ꝙ vtrunq̧
iſtorum aliquo modo eſt actiuum ad intellectionē:
ſed actiuum partiale. ambo autem integrant vnum
actiuum totale.

Sed hic ſunt duo dubia. p̄mo quō
iſta conſtituunt vnuz
p̄fectū p̄m̄: 2m̄ de q̄buſdā auctoritatibus adductis:
puta de illa Auguſtini. Ex ipſa ſcia naſcitur. verbuz.
quō iſta facit p̱ obiecto: ⁊ ſimilr̄ illa Ariſtotelis.2.de T.c.60.
aia. ſcia aūt vlium eſt. ¶ Ad primum dico ꝙ cauſe
concurrentes quandoq̧ ſunt eiuſdem rationis ⁊ or
dinis: vt plures trahentes nauē. quādoq̧ vero ſunt D
alterius rationis ⁊ ordinis. Et hoc dupliciter. quan/

doq; poſterior hȝ virtutem ſuaȝ a priore. Exemplū.
ſol ⁊ pater in generatione hoīs: quandoq; poſterior
non habet virtutem ſuam a priore: nec dependet in
habendo ſuam virtutem ab ea: ſed tñ dependet ab
ea in agendo ſm ſuam virtutem: ita ꝙ ſuperior pri/
cipalius agit: ⁊ inferior minus pricipaliter agit. Exē
Uide ṗ de plum forte de patre ⁊ matre in generatione prolis:
Gen. alalium vt enim videtur haberi ex. 16. de animalibus. mater
ad finem. aliquo modo ſe habet actiue qḋ videtur rationabi/
le: cum formam eiuſdem ſpeciei cōſequatur virtus
eiuſdem ſpeciei. Mas autem ⁊ femina non diffe/
T. c. 25. runt ſpecifice ſm phm. 10. meta. Mater autem vir/
tutem ſuam actiuam non habet a patre: nec in habē
do ipſam ab illo dependet: ſed dependet ab ipſo in
agendo ſm ipſam virtutem: ⁊ agit minus principali
ter. ¶ Ad propoſitum intellectus ⁊ obiectum nō cō
currunt primo modo: qꝛ ille concurſus nō eſt neceſ
ſarius ex rōne concurrentium: ſed tñ ex defectu vir
tutis in vno: qꝛ ſi duplicaretur virtus vnius ipſuȝ ſo
lum ſufficeret: non ſic hic: qꝛ quantūcūq; ſit obiectū
pfectū vel intellꝰ perfectus neutrū tñ cauſaret actuȝ
ſine alio. nec concurrunt ſcḋo modo: qꝛ intellectꝰ nō
habet virtutem ſuam actiuam ab obiecto: non econ
uerſo. Tertio igitur modo poſſunt dici concurrere.
Quel. 3. di. ¶ Qḋ aūt eorum ſit pricipalius non oportet diſcute
ṗ. q. penulti re. ¶ Ad 2m dico ꝙ iſta tria accipit Augꝰ pro eodeȝ
ma. verbum gigni de memoria. ⁊ verbum gigni de ſciē/
tia in memoria: ⁊ verbuȝ gigni de re nota: qꝛ per ſci/
3 entiam intelligit actum primum per quem anima ē
in actu ſufficienti ad actum intelligendi: ⁊ virtute il
lius primi actus gignitur verbum ⁊ in illo actu pri/
mo relucet obiectum. ⁊ pro tāto dicitur gigni de ob/
iecto. igitur de ſcientia gignitur: vt de principio for/
mali gignendi: de obiecto aūt vt relucente in illo pn
cipio de memoria vero vt continente illud principi
uȝ. ita ꝙ omnes tales auctoritates Auguſtini ſm in
tentionem illius loquuntur pro actiuitate obiecti.
¶ Cōſimiliter ⁊ ille auctoritates Ariſtotilis que di
cunt ꝙ per ſcientiam poſſumus intelligere cum vo
T. c. 60. lumus: ⁊ in 2o de anima. ſcientia eſt vniuerſalium:
T. c. 8. ⁊ in 3o de anima. Cum autem vnaqueq; fiant vt ha
betur ſupra. ¶ Et eſt intelligendum ꝙ tam Augꝰ ꝙ̄
Ariſtotiles accipit ſcientiam: non pro habitu illo ac/
quiſito ex actibus frequentatis ⁊ facilitante ad ſimi
les actus: ſed pro illo per qḋ obiectum eſt preſens:
vt tactu intelligibile ſiue ponatur ſpecies intelligibi
lis ſiue aliquid aliud. Scientia enim ē illud ſm Ari
2. de aīa. t. c. ſtotilem ſm ꝙ anima educitur de potentia eſſentia
2. ⁊. 5. ⁊. 3. de li ad accidentalem. hoc autem precedit omnem ac
aīa. t. c. 8. ⁊. 8 tualem intellectionem: quia illa eſt terminus poten
phyꝫ. t. c. 3ꝫ. tie accidentalis. Scientia vero acquiſita ex actibus
R ⁊ facilitans ad conſiderandum non precedit omneȝ
actum intelligendi. ¶ Similiter apud Augm. Sciē/
tia eſt formalis ratio ſm quam memoria eſt pariens
ſiue gignens. Iſta autem ſcientia acquiſita ex mul/
tis conſiderationibus non eſt formalis ratio gignen
di quācunq; intellectionem: immo gignitur ex mul
tis precedētibus. ¶ Si dicas ꝙ illa auctoritas. 12.
ſuper Geñ. non affirmat tñ de anima: ſed etiam ne/
gat abiectum agere in animaȝ. ¶ Similiter Ariſto/
tiles non tñ concedit obiectum agere: ſed videt̄ ne
gare intellectum agere quia videtur ponere ꝙ intel
2. ⁊. 3. ḋ aīa. ligere ſit pati quoddam. ¶ Ad primum poſſet dici
ꝙ Augꝰ negat ibi obiectum agere in animam ime/
diate ſm eſſe materiale quod habet extra animam.
¶ Ad 2m. Ariſtotiles videtur frequentius loqui ꝓ

actiuitate obiecti ⁊ paſſibilitate potētie. cuius ratio
eſt: qꝛ cōmuniter locutus eſt de potentiis anime in/
quantum ſunt illa quibus formaliter poſſumus ope
rari: puta de ſenſu inquantum eſt quo poſſumus for
maliter ſentire: ⁊ de intellectu quo intelligere: ſicut 2. de aīa. t.
loquitur de anima vt eſt illud quo formaliter viui/ c. 24.
mus. nunc autem licet intellectus actiue cauſet in/
tellectionem: non tamen dicitur intelligere inquan
tum cauſat: qꝛ ſi deus cauſaret illam eandem intel/ 2
lectionem: non tamen dicitur intelligere illa intelle
ctione: ſed intellectus ille in quo cauſatur itellectio.
igitur ⁊ modo intellectus dicitur intelligere: non qꝛ
cauſat: ſed quia recipit intellectionem. Et ſic veruȝ
eſt ꝙ intelligere eſt quoddam pati. quia intellectuȝ
intelligere non eſt niſi ipſum recipere intellectionē.
Illa autem auctoritas. 9. meta. ſi faciat pro actiuita
te obiecti vel non patet: ex queſtione de actu cogno q. 15.
ſcendi ⁊ appetendi.

De tertio primi articuli principalis vidē
dum eſt an illud in parte intel
lectiua quod eſt actiuum ad intellectionem ſit intel
lectus agens vel poſſibilis. videtur ꝙ agens qꝛ intel
lectus poſſibilis recipit intellectionem. ſi igitur cuȝ
hoc ſit actiuus reſpectu intellectionis. pari ratione
poſſet dici ꝙ reſpectu ſpeciei intelligibilis quam re
cipit eſſe actiuus: ⁊ ita non requireretur intellectus
agens ad aliquem actum in intellectu. ¶ Cōfirma 3. de aīa. t. c.
tur illud: quia actiuum ⁊ paſſiuum diſtinguunt potē 17.
tias in anima. ¶ Scḋo ad idem ſic. phs 3. de anima T. c. 18.
diſtinguens intellectum agentem a poſſibili ſic ait.
Eſt enim intellectus hic quidem talis quo eſt om/
nia fieri: ⁊ de agente. ille autem quo eſt omnia face
re. Ex hoc videtur ſequi ꝙ intellectus agēs adequa
tur poſſibili in ratione actiui ⁊ paſſiui. Eſt igitur acti Uide. 3. ḋ aīa
uus ad omne illud cuius poſſibilis eſt receptiuus: ⁊ t. c. 37. ⁊. 38.
per conſequens ad intellectionem ¶ Preterea idē
ſequitur de intellectu agente. Eſt ſicut habitus qui/
dam ⁊ vt lumen. lumen autem itellectuale videtur
eſſe principium actiuum cognoſcendi veritates in/
telligibiles. ſm illḋ. 12. de tri. 15. Mens rebus intel/ a. l. ſubiūcte.
ligibilibus naturali ordine diſponēte conditore ſub
iecta ſic iſta videt in quadam luce ſui generis incor
porea: quemadmodum oculus carnis videt que in T. c. 19.
hac corporea luce circūadiacent. ¶ Preterea ibidē
ſequitur. ſemper nobilius eſt agens patiente ⁊ prin/
cipium materia. ⁊ ſubdit de intellectu agēte. igitur
impaſſibilis eſt ſubſtantia in actu. igitur vult ꝙ in/
tellectus agens eſt nobilior poſſibili: vel ſaltem non
minus nobilis. nunc autē imago conſiſtit in eo qḋ
optimum eſt in noſtra natura: vt probatur in primo
articulo per Augm. igitur intellectus agens pertinȝ
ad imaginem: ſed non poteſt pertinere niſi ad me/
moriam. patet. ſed cum memoria habeat conſerua/
re obiectum vel ſpeciem obiecti: ⁊ exprimere vel gi
gnere notitiam actualem eius. pȝ ꝙ intellectui agē
ti nō poteſt competere primū: qꝛ non eſt virtus rece
ptiua nec conſeruatiua. igitur cōpetit ſibi 2m. ſ. expri
mere notitiā. ¶ Sed pro alia parte. ſ. intellectu poſ T. c. 19.
ſibili arguit̄ ṗmo per illud Ariſ ꝙ itellectus agens
eſt ſicut lumē. Commē. vult ibi ꝙ ſicut lumen facit Cō. 19.
quodammodo potentia colorē actu colorem: ſic in/
tellectus agens facit de potētia intelligibili actu itel
ligibile. igit̄ actus eius terminatur ad obiectū actu
intelligibile. ⁊ hoc precedit intellectionem. ¶ Con
firmatur ꝑ illud. 3. de aīa cōmēto. 18. vbi vult cōmē/ Ad finem.
tator: ꝙ ſi res haberēt eſſe eo mō quo poſuit Plato

non oporteret ponere intellꝰ agentē: igitur non ponitur niſi vt per ipſum fiat obiectū actu vle: ſed hoc precedit actualem intellectionem. ¶ P̄. 2ᵒ ſm cōmentatorē. intellꝰ agens ponit̄ vt per ipſum transferat̄ obiectū de ordine in ordinē: quod ſic intelligi poteſt. de ordine ſenſibilium ad ordinē intelligibiliū. ⁊ per ꝯñs de ordine corporalium ad ordinem ſpūalium. ⁊ quare requirit̄ ibi aliqđ transferens ꝓprium: rō videt̄ eſſe: qꝛ agens qđ hꝫ eē corporale non hꝫ rōnem agentis niſi in paſſum corporale: ꝑpter hoc ꝙ tale agens requirit paſſum approximatū ſibi localiter: qꝛ ſi non eēt localiter pñs eēt tali agenti quaſi nō pñs. igit̄ nunꝙ̄ aliqđ corporale pōt eē rō immediate cāndi aliqđ ſpūale: nec per ꝯñs transferendi ab illo ordine ad illū ordinem. Et iſta videtur eē rō Auguſtini. 12. ſuper Gen̄. 29. Sed qñ obiectū fit de actu intelligibili actu intellectū non transfertur ſic de ordine ad ordinem. igit̄ non requirit̄ ibi intellꝰ agēs. ¶ Confirmat̄. qꝛ ad hoc ꝙ intellectū fiat actu volitum non ponit̄ talis tranſlatio ab ordine in ordinē. ⁊ hoc ideo eſt. qꝛ actu intellectū eſt ſufficienter proportionatū voluntati. Cū igit̄ actu intelligibile hñs eē in memoria intellectiua ſit eque ſufficienter proportionatū intelligibile ad hoc. ſ. vt ſit actu itellectū: ſequitur ꝙ ibi non requirit̄ virtus transferens de ordine ad ordinē. ¶ P̄. 1ᵒ ſi intellectus agens eēt per ſe actiuus ad intellectionē actualem: pari rōne vbicunꝙ̄ poneret̄ potentiā eē actiuā ad ꝓpriam operationē. ⁊ cū hoc eē potentiā receptiuā talis opatiōis. ibi eēt diſtinguere potentiam agentē ⁊ poſſibilē: vt pote voluntatē agentē ⁊ voluntatem poſſibilem. ſꝫ cōem opī. que ponit voluntatem actiuā ⁊ eē receptiuam volitionis. ⁊ ſimilr̄ ſi ſenſus ponat̄ actiuus ꝓꝓ hoc forte: ꝙ ſenſatio videt̄ nobilior ipſo obiecto ſenſibili extra eēt diſtinguendū de ſenſu agente ⁊ poſſibili. Cū igit̄ pbs iſtā diſtinctionē de agente ⁊ poſſibili nuſꝙ̄ ponat ibi niſi in itellectu. ſeqt̄ur ꝙ iſta dria non eſt ꝓꝓ illa que cōiter inueniunt̄ in alijs potētijs. ⁊ ita non ꝓꝓ agere ⁊ recipere actionē. ¶ P̄. 4ᵒ videt̄ eē ꝯ̄ illud idē. 9. de tri. vlti. a cognoſcente ⁊ cognito parit̄ notitia intellectꝰ aūt agens non eſt cognoſcēs: ſed ſolū poſſibilis. igit̄ ab illo pitur intellectio: ⁊ per ꝯñs actiue ſe hꝫ reſpectu intellectionis.

De iſto articulo ſi prima via tenet̄ poſſet dici ꝙ intellꝰ agens hꝫ duas actiones ordinatas. prima eſt facere de potentia intelligibili actu intelligibile: vel de potentia vlī actu vle. 2ᵃ eſt facere de potentia intellecto actu intellectū. p̄mum intelligit̄ ſic. ꝙ virtute intellectus agentis de fantaſmate in fantaſia gignit̄ ſpēs intelligibilis in intellectu. vel aliqua rō in qua actu relucet itelligibile: que breuiter loquendo dicat̄ ſpēs intelligibilis. ⁊ iſtā gignitionem realem repreſentatiui de repreſentatiuo dicit̄ concomitari ꝙ̄dam gignitio metaphorica obiecti de obiecto. ſ. intelligibilis de imaginabili: qđ idō rōnabiliter dicit̄. qꝛ tale eē obiectiuū hꝫ obiectū in repñtari quale hꝫ repñtatiuū correſpondens. ⁊ ideo tranſlatione reali facta in repñtatiuo qñ de corporali gignitur ſpūale. ſ. de repñtatiuo ſingulari gignit̄ repreſentatiuū vle ꝯſimilis dicit̄: vel intelligit̄ tranſlatio in obiectis de corpali ad ſpūale. vel de ſingulari ad vle. ¶ 2ᵃ actio poneret̄ per quā de potentia intellecto fieret actu intellectū. vbi ſimiliter intelligitur factio methaphorica ex pte obiectorum correſpondens factioni reali ex pte eoꝝ quibus tenditur in obiecta: qꝛ realr̄ ſpēm intelligibilē ſequit̄ actualis intellectio.

⁊ ſicut prima tranſlatio de potentia ad actū. ſic etiā 2ᵃ diceret̄ fieri per intellectū agentem: tā ex parte obiectorū: ⁊ hoc methaphorice ꝙ̄ ex parte illorū in quibus relucent obiecta. ⁊ hoc realr̄ pro tanto. ſ. ꝙ virtute intellectus agentis de fantaſmate gigneret̄ ſpēs intelligibilis: ⁊ ſic methaphorice de potentia intelligibili gigneretur actu intelligibile. ⁊ 2ᵒ virtute ſpēi intelligibilis gigneret̄ actualis intellectio: ⁊ ſic methaphorice loquendo in obiectis de potentia intellecto fieret actu intellectum. ¶ Cōſimiliter poſſet poni duplex paſſio ordinata in intellectu poſſibili correſpondens iſti duplici actioni intellectus agentis: quarū prima eēt receptio ſpēi intelligibilis a fantaſmate per primā actionē intellectus agentis. ⁊. 2ᵃ eēt receptio intellectionis a ſpecie intelligibili ꝑ ſecundam actionē intellectus agentis. Et ſm hoc diceret̄ ꝙ ad memoriā intellectiuam pertinent intellectus agens ⁊ poſſibilis. Agens quidē non ꝙ̄tū ad p̄mam actionem que eſt facere de potētia intelligibili actu intelligibile: immo illius actionis terminus eſt memoria in actu: qꝛ per illam actionem eſt intellectus hñs obiectū actu intelligibile ſibi preſens. Sed quātū ad ſecūdā actionē: qꝛ cū memorie ſit exprimere actualem notitiam vel intellectionem: ⁊ intellectus agentis ſcđa actio ſit agere ad iſtā actionē. intellectꝰ agens ꝙ̄tum ad ſecundam eius actionem includeretur in memoria. Intellectus aūt poſſibilis quantum ad primā eius receptionē: qua. ſ. recipit actu intelligibile ſibi preſens dicitur memoria. Et quantū ad ſecundam receptionem. ſ. actualis intellectionis dicitur intelligentia. ¶ Et ſm hoc reſponderi poſſet ad illa que videnī adducta in ꝯ̄riū per hoc ꝙ actio abſtrahendi que eſt prima actio intellectus agentis eſt magis ꝓpria ſibi ꝙ̄ ſecunda que eſt cāre intellectionem: qꝛ illa poteſt competere alijs potētijs. nulla aūt alia transfert obiectum ſuum de ordine ad ordinem ſic intelligendo de ordine corporaliū ad ordinem ſpiritualiū: immo voluntas lꝫ cauſando actū ſuum ſm aliquos ꝑ hoc methaphorice transferat obiectum ſuū de ordine intelligibiliū ad ordinē appetibilium: tñ iſta tranſlatio non requirit voluntatem agentem ſic intelligendo: hoc eſt preparantem obiectum ſuū vt ſit actu volibile: ſicut intellectus agēs ꝑparat obiectū ſuum vt ſit actu intelligibile: qꝛ qñ obiectum eſt actu intellectū eſt actu volibile. nō igitur reqritur aliqua actio ꝑparans obiectū voluntati. ille igitur auctoritates affirmant qđ verum eſt de p̄mo actu intellectus agentis. ⁊ ſi quandoꝙ̄ dicatur ꝙ ꝑpter illam ſolum ponitur intellectus agens. Uerū eſt vt talis virtus eſt propria intellectui: quia eſt ibi tñ potentia preparans obiectum. propter 2ᵐ enim actum non eſt proprie in itellectu talis virtus agēs. nam alie potentie poſſunt agere ad operationem ꝑ ſuppoſito obiecto.

dicas ꝙ veritas non conuenit alicui extra intellectū:
ſed tantum actui intellectus vel obiecto vt eſt in in/
tellectu. igitur a ſimili bonitas non conuenit actui ex
terioꝛi vt exterius elicito: ſed pꝛeciſe vt obiecto act⁹
volendi. ❡ Reſpondeo conſequentia negari poſſet
iuxta illud. 6. meta. in fine non eſt falſuꝫ ⁊ verum in
T.c.8.
rebus vt quod quidem bonum verū qꝺ aūt malum
falſuꝫ: ſed in mente. ❡ Aliter poſſet negari aīs: qꝛ ſi
intellectus aliquis ſit regula intellecti. ſicut eſt de in
tellectu diuino exēplante ⁊ regulante creaturam illō
pōt dici verum non tm̄ vt eſt actu cognitum: ſed etiā
vt eſt in ſe: qꝛ ſm eſſe ſuum in ſe eſt exēplatum ⁊ con
forme exēplari. ❡ Ad aliud dico ꝙ iuſtitia poteſt ac/
cipi vno mō pꝛout eſt rectitudo habitualis: ſiue habi/
tus voluntatis. ⁊ ab illa dicitur voluntas recta habi/ V
tualiter: etiam quando nihil vult actui: ⁊ ſic dicitur
doꝛmiens iuſtus qui habet habitum: ⁊ alius iniuſt⁹
qui caret iſto habitu. vel habet iniuſtitiam contrariā.
Alio modo poteſt accipi rectitudo pꝛo rectitudine
actuali: ſiue in actu que eſt conformitas actus eliciti
ad ſuam regulam. pꝛimum membꝛum diſtinctionis
conceditur ſatis communiter. ſecundum pꝛobatꝛ: qꝛ
actus non dicitur formaliter rectus vel iuſtus ab il/
la iuſtitia habituali in voluntate. quia ſtante illa pōt
haberi actus peccati venialis: vel actus indifferens:
quoꝛum neuter eſt actus iuſtus nec rectus. ſed opoꝛ
tet ꝙ rectitudo qua formaliter actus dicitur rectus
pꝛeciſe inſit dum actus ineſt: immo foꝛte non ineſt
immediate voluntati: ſed ipſi actui. ⁊ mediante illo
voluntati. quia voluntas nata eſt immediate recipe
re habitum ⁊ operationem. iuſtitia autē actualis neu
trum hoꝛum eſt. ſed tantum eſt cōditio quedam ipſi
us actus. puta conformitas eius pꝛopꝛia ad ſuam re/
gulam. Iſtud autem eſſet manifeſtius ſi actus nō eſ
ſet raptim tranſiens: ſed idem aliquādiu manens. qꝛ
ſicut motus pꝛo pꝛima parte ſui poteſt eſſe velox: ⁊
idem pꝛo ſecunda parte ſui tardus: ex quo ſequitur
ꝙ nec velocitas: nec tarditas omnino ſunt idem mo
tui: ita poſſet actus pꝛius elici conformiter regule re
cte: ⁊ idem actus continuatus etiam poſſet elici po
ſtea non conformiter illi regule: ⁊ ita eſſet actus pꝛo
pꝛioꝛi parte rectus ⁊ pꝛo poſterioꝛi non rectus. Sed X
qꝛ actus raptim tranſit vel ſi manet manet commu/
niter cum eo ſua rectitudo. nec idem manens muta
tur a recto in non rectum: nec ſibi recto pꝛo pꝛioꝛi ꝑ/
te ſuccedit alia pars non recta: ideo non ita manife
ſta eſt differentia actus ⁊ ſue rectitudinis. Concludi
tur tamen iſta differentia modis pꝛedictis. ⁊ per hoc
etiam ꝙ relatio non conſequens neceſſario naturaꝫ
fundamenti non eſt omnino eadē fundamento: nūc
autem rectitudo non neceſſario conſequitur naturā
actus. iuſtitia etiam actualis: ⁊ ſi pꝛimario ſit pꝛeciſe
in actu volendi tamen ſecunda vel ſecūdaria poteſt
eſſe in actu imperato per actum volendi: quia ⁊ ille
habet rectitudinem pꝛopꝛiam. licet dependentem a
rectitudine actus volendi. ❡ Quādo igitur dicitur
ꝙ iuſtitia non eſt niſi in voluntate: veruꝫ eſt de iuſti/
tia habituali que ē rectitudo ꝑpter ſe ſeruata vt diſ/
ſinit Anſel. ſeruatum enim pꝛopꝛie conuenit habitui De li.ar.c.5.
vel magis extendendo verum eſt de iuſtitia actuali
pꝛimaria: qꝛ voluntas illam pꝛopter ſe ſeruat hoc eſt
tenet in actu ſuo quem illa iuſtitia rectum elicit. Si
autem ſit ſermo de iuſtitia actuali ſecundaria illam
opoꝛtet dicere eſſe voluntatis non ſubiectiue. ſꝫ cau
ſaliter tantum. ⁊ ita adhuc de iſta poteſt aliqualiter
ſaluari diffinitio illa iuſtitie. qꝛ illa eſt rectitudo vo
luntatis non vt volūtati formaliter inherens: ſed vo
luntatis vt cāe vel imperātis. eſt etiam ꝑꝑ ſe ſeruata
tanq̄ꝫ effectus voluntarie poſitus.

Ex iſto ſequuntur quedam coꝛrelaria per que etiam declaratur pꝛopoſitum.
Unum ꝙ manente eadem iuſtitia habituali ſunt tot

Y iuſtitie actuales quot ſunt actus eliciti. quarum vna poteſt eſſe intenſior alia. ſi actus vnus cum maiori conatu eliciatur ꝙ̃ alius. ⁊ ſi habitus maneret equalis: immo actus prior poteſt elici cum maiori conatu: ⁊ tunc habebit iuſtitiam actualem intenſiorem correſpondentem intenſioni ſue. ⁊ ſecundus actus pōt elici cum minori conatu: lꝫ certū ſit ꝙ tunc habitus nō ſit minor. ¶ Aliud ꝙ ſinguli actus mali habent proprias malitias actuales. qꝛ ſicut nati ſunt habere proprias bonitates: qꝛ conuenientias vel conformitates ſiue eidē regule ſiue aliis ſic ſinguli habent proprias carentias. ¶ Aliud ꝙ malitie eo mō differunt quo bonitates que deberēt ineſſe. ſi ſpecie ſpecie: ſi numero numero: priuationes enim diſtinguunt ſicut habitus nati eſſent diſtingui: puta ſurditas: ⁊ cecitas ſuo mō differūt ſpecie priuatiue ſicut auditus ⁊ viſus ſpecie poſitiue: ⁊ hec cecitas: ⁊ illa numero priuatiue ſicut hic viſus ⁊ ille differunt numero poſitiue. ¶ Et hinc patꝫ ꝙ non ſolum diſtinctio vitiorum phice loquendo: ſed etiā peccatoꝝ theologice loquendo. ⁊ ſ̄m ſpecie: ⁊ numero: ⁊ etiā genere accipi pōt non tantuꝫ per diſtinctionē auerſiōis: qꝛ illa nec per ſe conſtituit nec etiam diſtinguit peccā vt peccā: ſed accipitur ſ̄m rōnem ꝓpriam huius priuationis que eſt formalis ratio diſtinguendi priuatiue ſicut hītus poſitiue. ¶ Apparet etiam quomodo vnum peccatum eſt grauius alio ſiue intelligať ſ̄m diſtinctā ſpēm grauitatis ſiue ſ̄m diſtinctā grauitatē: ⁊ in eadeꝫ ſpecie: qꝛ actus eo mō quo debet habere bonitatē maiorem ſiue in ſpecie ſiue intēſionis in ſpecie: eodē modo ſi caret bonitate debita eſt peior priuatiue: ⁊ ſi habeat ꝯditionem aliquam poſitiuam repugnanteꝫ eſt peior contrarie.

¶ Tertio apparet quomodo peccata poſſūt cōtinuari in infinitū in dānatiſ. ⁊ tñ natura non conſumetur: nec habilitas naturalis ſiue quodcunqꝫ aliud in natura. nam nulla creata natura poteſt naturam intellectualem vel aliquid naturale in ipſa corrumpere: ⁊ ſi poſſet diminuere poſſet aliquando deſtruere totaliter illā. ¶ Siliter effectus contingens alicuius cauſe non neceſſario concomitatur ſuam cāꝫ. igitur oppoſitum talis effectus vel alicuius conditionis in ipſo non deſtruit vel diminuit talem cauſam: malitia autem in actu priuatio aliqua in illo quod eſt effectus contingens voluntatis. igitur nihil diminuit de ipſa voluntate. ¶ Quid ergo adimit peccatum additum peccato: cum ſ̄m Auguſti. in enchi. intantum ſit malū quantum adimit de bonitate: ¶ Reſpondeo: malitia actualis in aliquo actu elicito non adimit bonūꝫ quod ſimul ſecum ineſt. patet. nec oportet ꝙ adimat bonū quod infuit: qꝛ (vt dictum eſt) prius actus raptim tranſiens non mutatur de bono in malum. ¶ Si autem intelligatur per bonum quod infuit habitus gratuitus qui adimitur peccando hoc non poteſt intelligi de q̃cunqꝫ peccato: qꝛ ſecundum peccatum non adimit illum qꝛ iam ademptum fuit: nec primum peccatuꝫ ex ꝑ ſe ratione ſua magis ademit illud ꝙ̃ 2ᵐ: qꝛ tūc peccā primū eēt ſimpliciť grauius ſcdo. qꝛ maius bonum adimeret: contingit aūt quandoqꝫ ꝙ 2ᵐ ſit grauius primo: ⁊ ita natum eſſet adimere maius bonū: ⁊ ita per ſe adimit bonū illud actuale. adimeret etiaꝫ per ſe bonūꝫ habituale ſi ineſſet. adimit. igitur peccā gnāliter illud quod deberet ineſſe: ſicut in ceco nato cecitas adimit viſum: non qui infuit. ſed qui debuit ineſſe. ⁊ ita dicit Auguſtinus. xi. ſuper Gen. 32. de angelo peccante ꝙ cecidit non ab eo quod accepit: ſed ab eo quod accepiſſet ſi deo ſubdi voluiſſet: ⁊ ſi in infinitum adderetur peccatum peccato quodlibet adimeret bonitatem propriam que debere ineſſe: nec ē inconueniens in vno bono finito virtualiter contineri ſicut infinitos effectus ſucceſſiue eliciendos: ſic ⁊ infinitas rectitudines eorūdem. ¶ Ad aliud de auerſione. auerſio a fine poteſt intelligi actualis nolitio ipſius finis: ⁊ patet ꝙ non omnis peccans auertitur iſto modo cum forte frequenter peccans non actualiter conſideret finem: vel ſi cōſiderat non illum in ſe ex malitia reſpuit. ¶ Alio modo poteſt intelligi auerſio non ſic formalis: ſed quaſi virtualis que poteſt poni acceptatio aliqua voluntatis incompoſſibilis volitioni finis ſaltem efficaci vel conſecutioni finis: ſicut quando voluntas vult omnino aliquid inordinatum ⁊ deordinans a conſecutione finis: puta aliquid contra preceptum diuinum ſine cuius obſeruatione poſſibile non eſt conſequi finem: adhuc iſto modo intelligendo auerſio eſt ſolius voluntatis. ¶ Tertio modo largius poteſt dici auerſio quecunqꝫ malitia ſeparans a fine efficaciter volendo vel conſequendo: ⁊ talis malitia poteſt eſſe in actu voluntatis imperato: qꝛ cū imperare actum ſit malum non ſtat voluntatem efficaciter velle finem vltimum: nec etiam conſequi ipſum. Sicut igitur referibilitas vel quaſi ordinabilitas ad finem poteſt dici conuerſio: ſic inordinabilitas poteſt dici auerſio: quando igitur accipitur ꝙ nō eſt niſi vna auerſio in actu interiori ⁊ exteriori: veruꝫ eſt duobus primis modis intelligendo: immo non eſt talis auerſio niſi in actu interiori: ⁊ ſi ſic intelligatur ꝙ auerſio ſit formalis ratio in peccato neganduꝫ eſt. immo ſufficit illa inordinabilitas actus imperati. que poſſet dici auerſio tertio modo dicta. ¶ Qđ etiam additur ibi de libidine ſi libido intelligatur eē improba volūtas: hoc eſt immoderatum velle libido non eſt formaliter in omni peccato: ſed vel formaliter vel cauſaliter concurrit ad peccatum. Si igitur libido vel cupiditas debet eſſe conuertibile cum peccato: oportet extendere iſta non tantum ad actum interiorem voluntatis immoderatum. ſed etiam ad actum imperatum.

Aa

Doctrina ſingularis.

c.10. ⁊ ii. vide .6. ca. lib. 12. de ciui.

Bb

Cc

De ſecundo

in iſto articulo ſcilicet de imputabilitate patꝫ ex diſtictione poſita in 2° articulo: qꝛ ſi ſtricte accipiēdo ſolum illud dicať imputabile quod eſt imediate in poteſtate voluntatis: patet ꝙ ſolum velle vel nolle eſt imputabile. Si autem imputabile generaliter dicatur illud quod eſt ſimpliciter in poteſtate voluntatis ſic actus imperatus proprie eſt imputabilis: quia ⁊ ſi non ſit immediate in poteſtate voluntatis. eſt tamen mediante actu volendi: qui actus non ſolum ſ̄m ſe eſt in poteſtate voluntatis: ſed. etiam vt principium actus exterioris. quia voluntas poteſt per interiorem ponere illum exteriorem: exemplum: ſeruus ex precepto domini occidit. illa occiſio imputatur domino quia in poteſtate ſua erat actus ſerui licet mediate.

Dd

¶ Et ſi arguitur ſicut prius ꝙ ille non eſt imputabilis niſi mediante iſto. ¶ Reſpondeo ex hoc ſequiť propoſitum ꝙ illius ⁊ iſtius eſt alia imputabilitas: idem enim non eſt mediū nec rō mediandi reſpectu ſuipſius ⁊ poteſt idē declarari ſicut prius de propria bonitate: quia ꝙ̃ꝙ̃ terminus ſit ideꝫ: tamen in diuerſis fundamentis ſunt diuerſi reſpectus ad eundē terminum: actus ille ⁊ iſte ſunt diuerſa fundamenta. igiť iꝫ imputabilitas conueniat iſtis in ordine ad eandē volūtatē. tñ illa erit alia ſicut eſt alia cauſabilitas vel aliud ſubiacere poteſtati cauſe lꝫ cauſa ſit eadem.

Ec **Ad primum** argumentū pricipale volūtariū pōt dici illud qđ eſt ſubiectiue in voluntate. vel illud quod eſt volitū a voluntate: vel illud quod eſt imperatum a voluntate p^{m} nō facit complete ⁊ aliquid ſit voluntariū: qꝛ habitus pōt eſſe in voluntate: ⁊ tamē nō volūtarie voluntas hꝫ illū: qꝛ triſtitia eſt in volūtate ſubiectiue 2^{m} dicitur voluntarium participatiue: qꝛ acceptatio eius vt obiecti eſt voluntaria. ipſum enim magis diceret volitum ꝙ voluntariū: voluntarium enī ꝓprie dr̄ qđ eſt in poteſtate voluntatis: ⁊ ſic dr̄ 3° mō: ⁊ ſic actus exterior eſt voluntarius: ſicut actus interior ſimpliciter. nō tn̄ eſt eque p̊. ſed illo preſuppoſito.

¶ Voluntariū ergo debet dici illud qđ eſt cauſaliter a voluntate ⁊ hoc aliciente vel imperante. lꝫ per prius dicat voluntariuꝫ illud qđ eſt elicitum ꝙ qđ eſt imperatum. Conceditur ergo maior intelligēdo voluntarium gn̄aliter: ⁊ ſic minor eſt falſa.

¶ Ad ꝓbationē minoris dico ꝙ licet actus exterior ſeparatus ab actu interiori hoc eſt ſine illo poſitus in eſſe non ſit voluntarius: ⁊ hoc qꝛ effectus remotior non dicitur voluntarius niſi ponat in eſſe per actum interiorem qui eſt effectus propinquior: tn̄ qn̄ actus exterior coniūgit cum interiori: ⁊ ex illo ꝓcedit tunc ille exterior vt diſtinctus habet rōnem voluntarij: ⁊ diſtinctam: qꝛ voluntarij mediate: actus aūt interior non ſic eſt voluntarius: ſed immediate.

Queſtio. XIX.

Conſequenter queritur de dependētia nāe aſſumpte ad vbū. Utrū in xp̄o vnitas nāe humane ad verbum ſit ſola depēdētia nāe aſſūpte ad ꝑſonaꝫ vbi. Arguit ꝙ non. talis eſt ibi vnitas que ſufficit ad verificandū predicationē nature de ꝑſona iuxta illud ꝑ de tri. i3. talis fuit illa vnio que deū faceret hoiem: ⁊ hoiem deū. Nūc aūt ſola dependentia non videtur ad hoc ſufficere. qꝛ dependens non predicatur ſemꝑ de illo a quo depēdet. quod patet in ꝓpoſito. natura enī aſſumpta dependet a patre: nō tamē pater eſt hō igit eſt ibi aliq̄ alia vnitas ꝙ depēdētia nature humane ad verbū. ¶ Cōtra diſcurrēdo ꝑ oēs modos vnitatis nō vr̄ poſſe ibi alia vnitas inueniri.

Hic tria ſunt vidēda. ꝑ quis modus vnitatis ſit hꝫ ponēdus. 2° inquiret qualiter ipſa vnitas ſit poſſibilis quantū eſt ex parte ꝑſone aſſumētis. 3° qualiter eſt poſſibilis quantum ex parte nature aſſumpte.

A **De primo** creditum eſt naturā humanā ꝑſonalr̄ eē vnitam vbo. Jo. i. Verbū caro factū eſt. vbi caro ſm̄ Auguſtinum ꝑ homine ponit. ⁊ hoc expreſſe hr̄ in ſymbolis diuerſis. Ex iſto infert hec concluſio: ꝙ ibi eſt ordo ſiue depēdentia nature humane ad verbū: ꝯña ꝓbat: qꝛ oīs vnio vel eſt per informationem: vel ꝑ aggregationeꝫ vel eſt vnio ordinis: ⁊ ne ſit altercatio de perfectionibus eēntialibus vel de ꝓꝑetatibus notionalibus vel alijs que dnr̄ vnita in deo: intelligo de vnione que ē realiter diſtinctoꝝ. hꝫ aūt nō pōt poni vnio per informationē: qꝛ verbum nō eſt potentiale nec informabile: nec actus informans naturā humanā. nec eſt hꝫ tn̄ vnio ꝑ aggregationē: qꝛ ſic verbū hꝫ vnionem ad naturā meā: vel pr̄ ad naturā aſſumptā: ⁊ gn̄aliter qđcūqꝫ diſtinctū ad aliud ſimplr̄ diſtinctū. nec illa vnio aggregationis: vt patet: ſufficit ad vnitateꝫ perſone. ¶ Reſtat igit 3ª vnio. ſ. ordinis. Ordo autē eſt poſterioris ad prius. pꝫ aūt ꝙ verbū non hꝫ rōnem poſterioris reſpectu nature. igit econuerſo natura hēt per ſe ordinē poſterioris reſpectu verbi: ⁊ ita dependentiam. ꝓbat ēt ꝯña: qꝛ vnio nature ad verbū importat relōnem realē nō ex parte verbi. igit in natura aſſūpta tm̄: omnis aūt relatio realis nō mutua nec equiparantie vel eſt quedam dependentia vel requirit dependentiā relati ad illud ad qđ refertur. ¶ Ulterius B qualis ſit illa depēdētia nature ad verbū. concluditur ex quodā credito iſto. ſ. ꝙ ſolus filius eſt incarnatus: ex quo ſequit ꝙ natura illa non eſt vnita cuilibet perſone in trinitate: ſed ſoli filio: ex quo ſequuntur tria. ¶ Primum ꝙ iſta dependentia non eſt proprie cauſati ad cauſam: qꝛ ſm̄ Augu. 5. de trini. i4. ad creaturam pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſunt vnum principium. ¶ Scōm vero eſt ꝙ ratio formalis terminādi iſtam dependentiam non eſt aliquid cōmune tribus perſonis: qꝛ in quocūqꝫ eſt illud quod eſt formalis ratio terminandi aliquam dependentiam: ⁊ hoc prius naturaliter ꝙ dependentia ſit terminata ad ipſum dependet dependens: ſi igitur ratio terminandi eſſet cōmunis tribus perſonis. tota trinitas terminaret. quod falſum eſt. ¶ Hic dicitur ꝙ lꝫ ſit aliquid cōmune toti trinitati. tamē alio modo eſt in vna perſona ꝙ in alia. ⁊ pro tanto poſſet eſſe in vna ratio terminandi licet non in alia. ¶ Contra hoc. in habendo illud quod eſt commune tribus perſonis non eſt aliqua diſtinctio niſi pertinens ad originem: puta ꝙ prima perſona habet illud a nullo. ſecunda ab vno. tertia a duob'. Sed iſta differentia non facit ꝙ vna perſona terminet dependentiam nature: ⁊ nō alia: quia illa differentia eſſet omnino eadem etiam ſi nulla ꝑſona fuiſſet incarnata: ſiue quelibet: ſiue quecunqꝫ ſola perſona: puta ſi pr̄ ſolus fuiſſet incarnatus. ¶ Tertium C ſequitur ex iſto: ſcilicet ꝙ ratio formalis terminandi iſtam dependentiam nature eſt entitas perſonalis perſone verbi: hoc probatur. qꝛ realis vnionis eſt aliqua entitas realis formalis terminus ſiue ratio terminandi: quecunqꝫ autem entitas: generaliſſime loquendo de entitate: vel eſt entitas eſſentialis ſiue nature: vel eſt entitas hypoſtatica ſiue perſonalis quando eſt in natura intellectuali de qua loquimur. probatum eſt autem ꝙ ratio terminandi iſtam dependentiam non eſt entitas nature ſiue eſſentie in deo. igitur erit hypoſtatica: ⁊ breuiter iſta dependentia non eſt ad aliquid cōmunicabile vt per ſe terminum vel per ſe rationem terminandi: ſed eſt ad aliquid incōmunicabile: ſiue incommunicabiliter ſubſiſtens vt tale: ſicut eſt natura dependentis vt cōmunicabilis vel communicate: ſic patet primuꝫ. ſcilicet ꝙ vnitas ſiue vnio nature humane ad verbum eſt q̄dam dependentia vel conſiſtit in depēdentia tali ſcilicet nature vt communicabilis ad aliquod ſubſiſtēs incommunicabile. ¶ Contra. vnio eiuſdeꝫ rationis poſſet eſſe ad perſonam patris. ergo haberet terminum formalem eiuſdem rationis: ſed entitas hypoſtatica eſt alterius ratiōis in perſonis: igit ⁊c. ¶ Reſpōdeo. diceretur ad hoc ſicut diceretur de communitate eius quod eſt perſona in diuinis. quia ſi ponatur aliqua communitas realis perſone ad tres perſonas poſſet concedi communis ratio terminandi eandem: non tamen propria.

De ſecundo articulo ꝑncipali. vidēdū eſt quō ſit poſſibile ex parte termini: quō. ſ. hoc ſubſiſtēs incōicabile vt tale poteſt terminare dependentiaꝫ: hoc autē poteſt aliqualiter

Margin notes: Vide in enchyridion. c.33. — Varro. lib. 3.q.i.

declarari ſic. Si repugnaret ſibi dependentiam ter/
minare aut illa repugnantia eſſet per hoc ꝙ eſt illud
ſubſiſtens ſiue perſona aut per hoc ꝙ eſt perſona di/
uina: aut per hoc ꝙ eſt hec perſona que ſcilicet ſola
ponitur terminare dependentiam: ſed propter nul/
lum iſtorum repugnat iſti perſone: quod probatur
dupliciter. Primo ſic. independēti nō repugnat termi
nare dependentiam: etſi habeat propriā independen
D tiam non repugnat ſibi eſſe terminum proprium de
pendentie. nunc autē verbū quantū ad entitatē ſuaꝫ
etiam perſonalem eſt independens: ꝛ hoc indepen/
dentia ſibi propria. igitur nullo iſtorum triuꝫ modo
rum repugnat ſibi terminare dependentiaꝫ. ꝓbatio
minoris. cui formaliter repugnat omnis impfectio:
ei formaliter repugnat omnis dependentia: ꝛ quod
eſt formalis ratio repugnantie reſpectu vnius: ꝛ re/
ſpectu alterius. hoc patet: quia dependentia vel eſt
formaliter imperfectio: vel omnino habꝫ neceſſario
imperfectionem annexam. nunc autem ſilio ratione
proprietatis hypoſtatice repugnat formaliter omnis
imperfectio: ita ꝙ iſta proprietas eſt ipſi filio forma/
lis ratio repugnantie: nihil enim ponit̄ in diuinis ex
natura rei q̄n ſibi preciſiſſime conſiderato repugnet
queciūꝙ imperfectio: alioquin preciſe quātuꝫ eſt de
ſe poſſibile eſſet ſibi aliquā imperfectionē cōpetere:
ꝛ ita poſito ꝙ illa imperfectio cōpeteret adhuc ipſa
poſſet manere ipſa: ꝛ ſi ipſamet manet eſt intrinſeca
deo: igit̄ poſſibile eſſet aliquā imperfectionē eſſe in/
trinſecā deo: quod eſt impoſſibile. ¶ Contra iſtaꝫ ra
tionem obijcitur primo contra maiorem: quia ſi in/
dependentia concluderet poſſe terminare dependē
tiā: igitur independentia talis cōcluderet poſſe ter/
minare talem dependētiā: conſequens eſt falſum: ſi
cut patet in multis. primo in ſubſtantia ꝛ accidente.
quia omnis ſubſtantia eſt independēs indepēdētia
accidētis ad ſubiectū: ꝛ tamē nō omnis ſubſtātia po
teſt terminare dependentiam accidentis cuiuſcūꝙ
ad ſubiectum: ſicut lapis non poteſt terminare depē
dentiam ſapientie. ¶ Conſimiliter patet de depen
dētia totius ad partes: quia multa ſunt quibus repu
gnat dependere tali dependentia que eſt totius ad
partes. nec tamen poſſunt terminare talem depen/
dentiam. ſicut eſt q̄dcunꝙ ſimplex quod non eſt to/
tum nec pars. patet etiā de indepēdentia cauſati ad
cauſam. qꝛ angelus eſt independēs a quocūꝙ cauſa
to: vt a cauſa: non tamen poteſt terminare quodcun
ꝙ cauſatum. ¶ Apparet etiam cōiſſime de proprie/
tate de qua eſt propoſitum: quia proprietas perſona
lis cum ſit omnino independens ſm hoc poſſet ter/
minare omnē dependentiam creature ad deum vt
cauſati ad cauſam: ꝛ hoc ſm quācunꝙ rationeꝫ cau/
ſalitatis. quod eſt manifeſte falſum: qꝛ proprietas in
perſona non eſt formalis ratio cauſandi: ſed aliquid
Sui.i4. cōmune tribus: vt dictum eſt ſupra per Auguſtinuꝫ.
¶ Reſpondetur igitur ad maiorē: ꝙ lꝫ independē/
ti ratione ſue independentie non repugnat ꝙ ipſuꝫ
terminet dependentiam alterius: tamen indepen/
dentia non ſufficit ad hoc vt ſibi conueniat termina/
re: ſed oportet ꝙ habeat prioritatem vel primitateꝫ
eſſentialem reſpectu illius quod dependet ad ipſuꝫ:
qꝛ dependentia eſt poſterioris eſſentialiter ad prius
eſſentialiter: oportet etiā ꝙ habeat perfectionem ali
quam reſpectu cuius dependens ſit imperfectum: ꝛ
ad propoſitum entitas hypoſtatica non habet priori/
tatem eſſentialem reſpectu creature: quia ordo eſ/
ſentialis eſt per ſe inter eſſentias: diſtinguēdo eſſen/
tias contra entitatem hypoſtaticam. forme enim. ſ.
quiditates rerum ſe habent ſicut numeri. entitas ēt 8.met.t.c.io
hypoſtatica non eſt ſimpliciter perfecta vel ſimplici/
ter perfectio: prout dictū eſt in queſtione de hoc mo q.5.
ta. per idē negaret̄ minor: qꝛ ſi aliquid eſſet ratio re/
pugnantie reſpectu cuiuſcūꝙ imperfectionis ipſuꝫ
eſſet perfectio ſimplr: ſi igitur entitas hypoſtatica nō
eſt ꝑfectio ſimplr: ſeq̄tur ꝙ ipſa nō eſt formalis rō re
pugnādi oī impfectioni: ꝛ ꝑ ɔn̄s nec per ipſam habet
perſona formaliter propriam independentiam.

Ad iſta Ad primuꝫ. dependentia poteſt du/
pliciter diſtingui. vno modo forma/ E
liter ſiue quaſi ſpecie ſm rationem diſtinctam for/
malem dependentie. Alio modo quaſi materialiter
ſm diſtinctionem ipſorum dependentium. Et hoc
dupliciter: vel in eodem ordine: vel in alio: ꝛ alio. pri
ma diſtinctio requirit in termino rationem forma/
lem terminandi aliam ꝛ aliam vel eandem quaſi il/
limitatam virtualiter. ſ. vel eminēter continenteꝫ ta
les rationes formales diſtinctas. ſecunda diſtinctio
non requirit diſtinctionem niſi eorum que depen/
dent: ꝛ quandoꝙ iſta diſtincta ſunt eiuſdem ordi/
nis quādo. ſ. eque immediate vel eque mediate de
pendent ad idem: quandoꝙ ſunt alterius ordinis:
quando. ſ. vnum dependet mediate: ꝛ aliud imme/
diate. licet igitur iſta propoſitio ſit falſa independēs
tali dependentia poteſt qualēcunꝙ dependentiam
terminare: ꝛ iſta etiam independens depēdentia ta
li poteſt dependentiam cuiuſcūqꝫ dependentis ter/
minare: tamen videt̄ iſta probabilis: ꝙ independēs F
tali dependentia poteſt alicuius dependentis talem
dependentiam terminare vel priorem: ꝛ hoc vel im
mediate vel ſaltem mediate: ꝛ iſta probabilior. ſim/
pliciter independens poteſt cuiuſcūqꝫ dependētie
vel ſaltem alicuius dependentis aliquam dependē
tiam terminare. Et iſtarum duarum propoſitionum
veritas appareret ſi iſta eſſet nota ꝙ quecunqꝫ enti/
tas quecunꝙ alia vel eſt per ſe prior vel poſterior: ꝛ
iſta videtur poſſe haberi ex connexione entium: ꝛ
vnitate eorum ſiue vniuerſi. que vnitas eſt ordinis
ſm philoſophum. i2. meta. videretur enim illa enti/
tas incōnexa cum alijs que non haberet per ſe ordi/
nem prioris nec poſterioris. ¶ Quando igitur argui
tur. ſi independentia ꝛc̄. vno modo poſſet negari cō/
ſequētia: quia ſi indepēdēs tali independentia non
poſſit terminare talem dependentiam hoc eſt pro/ T.c.52.ꝛ ſe
pter aliquid annexum ſue independentie que eſt li quenti.
mitata: ꝛ ideo poteſt habere aliquam imperfectio/
nem annexam. ſed hec ratio non tenet de indepen/
dente ſimpliciter. qꝛ in tali ſaltē nulla eſt impfectio.
¶ Aliter etiā deficit illa conſequentia: quia non opor
tet ꝙ talis independentia concludat talem termina
tionem niſi independētia ſimpliciter acciperetur in
antecedente ſic ꝙ independentia ſimpliciter ꝛ om/
nimoda concluderet poſſe terminare omnem depē
dentiam: ſed hoc non fuit acceptum: ſed ſolūmodo
ꝙ independens omnino poſſet aliquam dependen/
tiam terminare. Hoc enim ſufficit ad propoſitum:
quia per viam diuiſionis ſequitur cum illud indepē
dēs de quo ē ſermo. ſ. ꝑſona vel entitas ꝑſonalis nō
poſſit terminare aliquā depēdētiā que ē cāti vel mē/ G
ſurati vel aliā huiuſmodi: ꝙ poſſit terminare iſtaꝫ q̄
eſt nāe vt eſt cōicabilis ad aliq̄d vt incōicabiliter exi
ſtens. ¶ Aliter poſſet cōcedi cōſequens ſm intelle/
ctum prius expoſitum. ſcilicet ꝙ independens tali
dependentia alicuius taliter dependentis vel priori

dependentia dependentiã põt dependẽtiã terminare. per hoc patet ad illas inſtantias ibi poſitas. ¶ Ad primam quia ſubſtantia illa poteſt aliquam dependentiam alicuius accidentis terminare. puta illius quod natuʒ eſt ſibi conuenire. Et eſto ꝙ eſſet aliqua ſubſtantia non ſuſceptiua alicuius accidentis: ſicut eſt natura diuina: illa tamẽ poteſt terminare aliquã dependentiam priorem ꝗ̄ ſit iſta. puta alicuius cauſati prioris ipſo accidente: ⁊ ſic mediate terminat dependentiam ipſius accidentis. ¶ Ad ſecundam de toto: ⁊ de partibus per idem: qꝛ ſimplex qḋ nec eſt totum nec pars non poteſt terminare dependentiam totius ad partes: ſed poteſt terminare dependẽtiaʒ priorẽ ꝗ̄ ſit illa que eſt totius ad partes ¶ Et ſi queras quaʒ dependentiam terminat angelus reſpectu ignis qui dependet a partibus ſuis? ¶ Reſpondeo illam dependentiam que eſt minus nobilis ad magis nobile in ordine eſſentiali naturarum. ¶ Per idem ad tertiam: qꝛ angelus terminat dependentiã cuiuſcunq̃ nature inferioris: ⁊ hoc mediate vel immediate. illam quidem que eſt ſm ordinem eſſentialem quiditatum: ⁊ illa eſt quodãmodo prior dependentia illa que eſt effectus a cauſa efficiente. immo hec videtur omnino prima. ⁊ hic poteſt aſſignari cõmuniter conuenire cuilibet independenti reſpectu illius reſpectu cuius dicitur independẽs. ¶ Ad quartam independens omnino bene videt̃ ꝙ neceſſario poſſit aliquam dependentiã terminare: qꝛ non videtur aliter cõnexionem habere cum aliis entib⁹: ſed non oportet ꝙ qualemcũq̃ dependentiam poſſit terminare: qꝛ illam que requirit in termino perfectionẽ ſimpliciter cuiuſmodi eſt dependentia cauſati ad cauſam non terminat: niſi ſit perfectum ſimpliciter: poteſt autem eſſe independens ſi ſibi repugnet imperfectio licet ſibi nõ conueniat ſimpliciter ꝑfectio: qꝛ entitas hypoſtatica vt talis non eſt perfectio ſimpliciter nec tamen omnis talis eſt iperfecta. ¶ Per hoc excluditur reſpõſio ad maioreʒ: qꝛ independenti omnino nec ratione indepẽdentie ſue nec ratione alicuius ſibi annexi poteſt repugnare generaliter terminare quãcunq̃ dependentiaʒ. ¶ Et cũ tangitur ꝙ ad hoc vt terminet requiritur ꝙ ſit prius eſſentialiter: poteſt dici ꝙ proprie loquendo de prioritate eſſentiali que. ſ. eſt ratione eſſentie vt diſtiguitur contra entitatem hypoſtaticam ſic vna eſt prioritas trium perſonarum: ſed extendendo prioritatem eſſentialem ad prioritatem per ſe. ⁊ hoc reſpectu cuiuſcũq̃ entitatis ſiue quiditatiue ſiue hypoſtatice poteſt entitas perſonalis in diuinis dici prior eſſentialiter: vel magis proprie per ſe prior quocũq̃ cauſato. Et iſto ſecũdo modo accipiendo prioritatem neceſſe eſt vt omne dependentiaʒ terminans ſit prius eo quod dependet. non autem primo modo accipiẽdo prioritatem: niſi tantũ quãdo eſt depẽdentia cauſati ad cauſam vel aliqua ſimilis dependentia: puta cauſati poſterioris ad cauſatũ prius. vel cauſe vnius ad aliam cauſam: vel menſurati ad menſuraʒ. Et cũ dicitur ꝙ ſole forme hoc eſt quiditates ſe habẽt ſicut numeri quo ad hoc ꝙ in eis ſolum attenditur ordo eſſentialis: nõ igitur in entitate hypoſtatica. ¶ Põt a diſtingui de depẽdẽtia eẽntiali: qꝛ quedã eſt ſimpliciter eſſentialis que eſt ratione eſſentie in vtroq̃ extremo vbi. ſ. fundamentum ratione eſſentie dependet ⁊ terminus ratione eẽntie terminat. Et iſto modo eſt dependentia eſſentialis creature vt cauſati ad deum vt ad cauſam. Alio modo poteſt dici eſſentialis tm̃ ex parte fundamenti q̇ꝛ ibi. ſ. eſſentia eſt ratio dependẽdi: ſed nihil ratione eẽntie terminat: ſed ratione entitatis diſtincte ab eſſentia puta hypoſtatice. Et cum addit̃ ꝙ terminans dependentiaʒ oportet eſſe perfectum: lʒ hic poſſit diſtingui ꝙ perfectio ſicut ⁊ entitas equiuoce ꝯuenit entitati quiditatiue ⁊ hypoſtatice: tamen proprie perfectio non videtur cõuenire niſi entitati quiditatiue: qꝛ entitas hypoſtatica nõ eſt ſm quam aliq̇d formaliter perficitur: ſed ſm quã recipit perfectioneʒ: vel ſaltem determinat̃ ad perfectionẽ receptam. Et ſm hoc neganda eſſet illa propoſitio. oportet ꝙ terminans dependentia ſit perfectum. ſufficit enim ꝙ ſibi repugnet imperfectio qualis conuenit depẽdenti. Et per hoc patet ad illud qḋ dicit̃ contra minorem: qꝛ perfectionẽ nõ extẽdendo ſed proprie accipiẽdo neganda eſt iſta propoſitio ꝙ ſi aliquid ſit ratio repugnãtie reſpectu cuiuſcũq̃ imperfectionis ipſum eſt perfectũ vel perfectio ſimpliciter. quicquid enim põt realiter eſſe idẽ ſimplr̃ perfecto: ipſum non poteſt eſſe aliquo modo imꝑfectũ: ⁊ tamen non opʒ ꝙ quodcunq̃ tale ſm rationẽ ſuã formalẽ ſit ſimpliciter perfectum. Nõ pũctum ſbtiliſſimũ. Z

Secundo põt propoſituʒ ſic declarari: aliqua eſt in entibus depẽdẽtia nature cõmunicabilis inquantum cõmunicabile ad ſuppoſitum cui cõmunicaretur. ergo in illa depẽdentia ſtatus eſt ad incõmunicabile vt terminãs talem dependentiam: antecedens declaratur: qꝛ aliqua natura habet proprium per ſe ſuppoſitum ſicut eſt natura ſubſtantialis: ⁊ ibi eſt idẽtitas realis nature ⁊ ſuppoſiti: nec eſt dependẽtia nature ad aliquid extrinſecum: vt eius ſuppoſituʒ: ⁊ aliqua natura propter eius imperfectionem ſuppoſitum per ſe habere non poteſt: ⁊ per conſequens non poteſt ſic intrinſece terminari: ſed requirit ſuppoſitum extrinſecũ: ſicut natura accidentis requirit ſuppoſitum ſubſtantie ad quod vltimate eius dependentia terminatur tanquaʒ ſuum ſuppoſitum: ⁊ hoc per accidens: quia ſuppoſitum per ſe habere non poteſt: tali autem ſuppoſito per accidens non eſt natura per ſe idem: quia natura ⁊ tale ſuppoſitum ſunt alterius generis: ſed eſt ibi aliqua vnio ſupplens: vt poſſibile eſt: vicẽ idẽtitatis. illa eſt actualis dependentia nature: ⁊ ex parte ſuppoſiti actualis ſuſtentatio nature vel terminatio dependentie eius: ſic ꝙ illam naturam dependere ad illud ſuppoſitum eſt ipſam communicari ipſi tanquã ſuo ſuppoſito: ſicut poteſt habere ſuppoſituʒ. qꝛ non poteſt per ſe habere ſuppoſitũ: ſicut ſubſtantia: ſed tantũ per accidens. cõſequentia principalis patet: qꝛ cum ſuppoſitum ſit per ſe aliquid incõmunicabile depẽdentia nature vt cõmunicabilis ad ſuppoſituʒ erit per ſe ad incõmunicabile: ⁊ ita cum perſona diuina ſit veriſſime incommunicabilis: immo ſit ſola per aliquod poſitiuum incommunicabilis vt dicetur in tertio articulo. non repugnabit ſibi ex parte ſui terminare depẽdentiam nature vt communicabilis tanquã ſuppoſitum eius non per ſe vel intrinſecum: ſed tantũ extrinſecũ: ⁊ alterius nature. ¶ Diceretur ꝙ nulla natura poteſt dependere ad ipſum vt ad ſuppoſitum extrinſecum: quia non poteſt informari per accidens aliqua natura: ſicut ſuppoſituʒ ſubſtantie informatur accidente: ⁊ pro tanto eſt ſuppoſituʒ per accñs nature accñtis. ¶ P. dicetur ꝙ dependentia accidẽtis eſt per ſe ad ſingularem ſubſtantiaʒ: non autem ad ſuppoſitum vt ſuppoſitum. ſ. quantuʒ ad illud qḋ ſuppoſituʒ addit vltra rationeʒ

ſingularis:quia illud nõ videtur eſſe niſi negatio:ne/
gatio autem non eſt ratio terminandi aliquam depẽ
dentiam.¶ Confirmatur:quia natura ſingularis aſ
ſumpta a verbo eodem modo terminat dependen/
tiam accidentis ſicut terminaret ſi non eſſet aſſum/
pta:ſed aſſumpta non habet rationem propriam ſup
poſiti:igitur quando non eſt aſſumpta ratio ſuppoſi/
ti non eſt ratio per ſe terminandi.¶ Nec poteſt di/
ci ꝙ quando eſt aſſumpta dependentia accidentis
quod ſibi inheret terminatur ad perſonam aſſumẽ/
tem:quia dependentia accidentis eſt inherere: acci
dens autem nature aſſumpte non inheret perſone aſ
ſumenti.¶ Ad primum dici poteſt ꝙ ſufficit hoc ha
bere ꝙ non ſit repugnantia a parte incõicabilis ꝙ ſit
terminus alicuius dependentie:an autez aliqua na/
tura alia ab illa que eſt propria ipſius incommunica
cabilis poſſit dependere ad ipſum incommunicabi/
le:de hoc in ſequente articulo. Quod autem tangit
ꝙ incõmunicabile terminans dependentiam natu
re extrinſece oportet eſſe informabile a tali natura:
ſicut ſubſtantia informatur accidente dependẽte ad
ipſam.¶ Reſpondeo quando accidens ineſt ſubſtã
n tie ſunt ibi due habitudines: vna forme ad informa/
bile:⁊ illius extremum eſt ſubſtantia vt receptiua ta
lis forme:⁊ vt potentialis ſaltem potentialitate ſm
quid. Alia eſt habitudo accidentis vt dependentis
ad ſubſtantiam vt ad quam dependet:⁊ illius extre
mum eſt ſubſtantia vt eſſentialiter prior accidẽte na
turaliter poſteriori. Prima habitudo non poteſt eſſe
alicuius nature ad verbũ:qꝛ illa requireret imperfe
ctionem in verbo.qꝛ aliquã potentialitatẽ. ſecunda
poteſt eſſe:qꝛ illa non reqrit in verbo:niſi per ſe prio
ritatez que non repugnat ſibi reſpectu cuiuſcũqꝫ na/
ture create.hic patet illud dictum:deus eſt reſpectu
cuius omnis ſubſtantia creata eſt quaſi accidens: qꝛ
etſi habitudinez accidentis ad ſubſtantiam que eſt
forme ſm quid ad informabile non poſſit ſubſtantia
creata habere reſpectu dei:tamen habitudinem na
ture cõmunicabilis extrinſece: ⁊ poſterioris poteſt
habere reſpectu perſone diuine: qualẽ habitudinez
habet etiaz natura accidentis reſpectu ſuppoſiti ſub
ſtantie.¶ Ad ſecundũ poteſt dici ꝙ ſubſtantia ſin/
gularis eſt incõmunicabilis prout incõmunicabile
o opponitur vniuerſali quod eſt cõmunicabile pluri/
bus:ſed nõ prout incõmunicabile excludit omnem
cõmunicabilitatem tam cõmunis ꝙ̃ formeꝫ hoc tã
forme partialis que dicitur cõmunicari materie in/
formate ꝙ̃ forme totalis:puta quiditatis vel nature
que dicitur cõmunicari ſuppoſito participanti:ſic in
quã incommunicabile non conuenit omni ſingula/
ri:ſed ſoluz illi quod non eſt alicui forma altero duo
rum modorum.⁊ tale eſt illud qđ eſt vltimatuz hñs
formam vel ens per formam ita ꝙ nihil habet ipſuz
tanquã formam ſiue principium quo eſſendi : ⁊ tale
eſt ſuppoſitum.lꝫ igitur accidentis dependentia ter
minetur aliqualiter ad ſubſtantiam ſingularez:tamẽ
non eſt vltima terminatio niſi ad ſingularem vt incõ
municabilem:qꝛ dependentia que eſt in cõmunica/
ri non videtur habere ſtatum niſi ad incõmunicabi/
le:qꝛ ſi eſt dependentia ad ſingularem cõmunicabi/
lem:cum illa ſit ratio eſſendi ei cui cõmunicatur. nõ
eſt dependentia adhuc terminata vltimate niſi ad il
lud cui cõmunicabile cõmunicatur.¶ Nec tamẽ in
telligo ꝙ cõmunicabile terminans dependeat ad in
cõmunicabile:⁊ propter hoc cõmunicabile non vlti
mate terminat:ſed illud ad quod ipſum dependet:

quia non eſt verum ſubſtantiam ſingularem cõmu/
nicabilem dependere ad ſuppoſitum ſubſtantie:ſed
eſt ibi vera identitas ſingularis communicabilis : ⁊
ſuppoſiti:ſed pro tanto quod dependet ad ſingulare
communicabile vltimate dependet ad incõmunica
bile:quia cõmunicabile eſt alicui incõmunicabili ra
tio eſſendi:⁊ quod dependet ad illud quod eſt ali/ p
cui ratio eſſendi depẽdet vlterius ad illud cui ipſum
eſt ratio eſſendi:incommunicabile autez non ſic eſt
ratio eſſendi alicui:⁊ ideo quod dependet ad ipſum
non oportet vlterius dependere ad aliquid quaſi ha
bens eſſe per ipſum. Non igitur vltimate termina/
tur dependentia accidẽtis vt cõmunicabilis niſi ad
ſuppoſitum ſubſtãtie:vt incõmunicabiliter ſubſiſtẽs
⁊ ſuſtentans ipſum: ⁊ eſt iſta ad aliquid extra totum
genus dependentie talis que eſt incommunicari:qꝛ
eſt ad incommunicabile.¶ Et cum arguit ꝙ ratio
ſuppoſiti vltra ſubſtantiam ſingularem non addit ni
ſi negationez. ¶ Reſpondeo ſi hoc verum ſit. tamẽ
illa negatio prius cõuenit ſubſtantie ſingulari ꝙ̃ ter
minare dependentiam accidentis:nec eſt inconue/
niens aliquam negationez imperfectionis prius cõ
uenire alicui ꝙ̃ aliquod poſterius dependere ad ip/
ſum ſicut prius conuenit homini non eſſe irrationa/
le ꝙ̃ eſſe album.quia negatio illa ſtatim ſequitur af/
firmationez que includitur in ratione hominis etiã
ſi nunquam tale accidens competeret vel compete
re poſſet homini. ¶ Et cum dicitur negatio non eſt
ratio terminandi.¶ Reſpondeo. vltimate termina
re duo dicit.ſ.terminare:⁊ ſic terminare ꝙ nihil vl/
terius terminet:ratio igitur terminandi eſt aliquod a
poſitiuū.ſed ratio iſtius ꝙ terminatio ſit vltimata:
eſt illa negatio.quia ſcilicet terminans non eſt com
municabile.ſi enim eſſet communicabile : tunc ad
huc vlterius terminaret dependentiam illud cui ip/
ſum communicaretur.Exemplum.ſi accidens de/
penderet ad aliud accidens ſicut ſm aliquos color
ad ſuperficiem:eius dependentia non vltimate ter
minaretur ad ſuperficiem: ſed ad illud cui ſuperfi/
cies eſt forma:⁊ eſto ꝙ non dependeret ad illud cu
ius eſt forma:ſed tantummodo eſſet ſibi ratio eſſen
di:adhuc vltimata dependentia eſſet ad illud cui ſu
perficies eſt forma. ¶ Ad confirmationez poſſet di
ci:ꝙ accidens nature aſſumpte ⁊c̃.

Tertio ſm aliquos declaratur propoſitũ ſic. Varro li.3.
pſona diuina eminenter continet per q.1.
fectionem omnis ſupoſiti cauſati : igiẽ poteſt ſupple Th.l.3.ſcri/
re vicem cuiuſcũqꝫ in ſuſtentãdo illam naturã quaz pti di.1. q.2.
poſſet tale ſuppoſitum ſuſtentare. ¶ P. quelibet na/
tura creata eſt in potentia obedientiali reſpectu per
ſone diuine: igitur perſona diuina poteſt ſuſtentare
quãcunqꝫ.¶ Prima ratio videtur deficere:quia etſi
perſona diuina ratione eſſentie contineat virtualiter
quãcũqꝫ entitatem creatã: tamẽ non vꝫ virtualiter
continere ratione proprietatis perſonalis aliquam
entitatem creataz:quia pari ratione contineret quã/
libet : ⁊ ita proprietas perſonalis eſſet formaliter in/
finita:cuius oppoſitum oſtenſuz eſt in queſtione de
hoc mota.¶ Preterea ſi proprietas perſonalis con/
tineret virtualiter omnes entitates creatas videtur
ꝙ poſſet eſſe ratio formalis creandi creaturas : cu/
ius oppoſitum dictuz eſt in quadam alia queſtione. q.8.
¶ Secũda etiam ratio videẽ deficere : qꝛ potentia R
obedientialis creature reſpicit oĩpotentiam creato/
ris ⁊ illa eſt cõmunis.igiẽ illa ſuſtentatio per quaz fi/
lius per omnipotentiam ſuſtẽtat naturam iſtam eſt

cõmunis tribuis. illa autem ſuſtentatio que eſt perſo
ne vnite eſt propria filio: non igiť per hoc ꝙ eſt natu
ram eſſe in potentia obedientiali perſone concludi/
tur ipſam poſſe naturam ſuſtentare hypotaſtice vel
ſuppoſitiue: ſed tantũ poſſe ſuſtentare cauſaliter ſcili
cet effectiue. ¶ Contra concluſionẽ iſtius articuli ar
guitur primo quia vnio realis habet terminum rea/
lem. que igitur ſunt ſimpliciter idem in re ſunt idem
in terminando talem vnioneꝫ. proprietas ⁊ eſſentia
ſunt ſimpliciter idem in re. igitur ſicut vnum termi/
nat: ſic ⁊ reliquum terminabit. ¶ Item ad relatiuũ
vt relatiuum non dependet aliud a ſuo correlatiuo:
igitur ad verbum vt verbum non dependet natura
humana: quia ſolus pater eſt correlatiuum. ¶ Ad
S primum dicendum ꝙ formalis diſtinctio relationis
ab eſſentia ſufficit ad hoc ꝙ proprietas poſſet dici
formalis terminus vnionis realis ⁊ non eſſentia. ta/
men ratio videtur efficax contra ponentes identita-
tem realem: ⁊ formalem eſſentie: ⁊ proprietatis con
ſtituentis perſonam. ¶ Ad ſecundum dici põt vno
modo negando antecedens. nam aliud eſt depende
re ad relatiuum vt correlatiuum ⁊ dependere ad ip
ſum verbum relatiuum. Nam licet natura humana
aſſumpta a verbo diuino dependeat ad ipſum tan/
ꝙ ad verbum non tamen dependet ad ipſum tanꝙ
correlatiuum. ¶ Aliter poteſt dici ꝙ natura aſſum-
pta dependet ad verbum: ſed non proprie vt ad re/
latiuum: ſed vt ad incõmunicabile ſubſiſtens: ⁊ ſic
neganda eſt conſequentia.

Li.3.c.ii. a.l.60.

De tertio articulo certũ ẽ ſʒ Dam.57.

T ꝙ verbum aſſumpſit naturam in athomo: hoc eſt ſin
gularem: ⁊ tamen non habentẽ perſonalitatem pro/
priam: quia illa non poſſet ſtare cum aſſumptione in
vnitate perſone verbi. ſi autem propria ſingularitas
nature perſonabilis eſſet formaliter propria perſo/
nalitas eius: non poſſet illa eſſe ſine iſta. ¶ Propter
quod oportet videre quo formaliter ⁊ cõpletiue na/
tura creata ſit perſonata in ſeipſa vt ex hoc pateat ſi
poteſt ipſa carere propria perſonalitate: ⁊ perſonari
etiam perſonalitate extrinſeca. ¶ Eſt autem dubiũ
an perſonalitas propria ſit formaliter per aliquid po
ſitiuum. ⁊ videtur ꝙ ſic: quia negatio non eſt primo
incõmunicabilis. negatio enim quantum eſt de ſe
poſſet cuicũꝙ competere. tãtũmodo igitur eſt incõ/
municabilis propter incõmunicabilitatem poſitiui
ad quod ipſa conſequitur: ⁊ ita primum incõmuni/
cabile eſt poſitiuum: proprietas perſonalis eſt primo
incõmunicabilis: quia eſt ratio formalis conſtituen
di incõmunicabile. ſ. perſonam. ¶ P̃. negatio nõ eſt
primo propria alicui enti. ſed tantum propter hoc ꝙ
ſequitur aliquam affirmationem propriam. proprie
tas autem perſonalis eſt primo propria illi cuius eſt.
igiť ⁊c̃. ¶ P̃. qđ excludit imperfectionem ipſum eſt
perfectũ vel ſaltẽ aliqđ poſitiuũ: nunc autem depen
dere ad perſonam extrinſecam eſt imperfectionis.
igitur perſonalitas propria que excludit formaliter
illam dependentiam eſt aliquid poſitiuum. ¶ Con/
firmatur: propter hoc eniꝫ ponitur ꝙ ſingularitas na
ture eſt per aliquid poſitiuum: quia excludit imper/
fectionem que eſt diuidi: vnde ſingulare dicitur in/
diuiduum eſt hoc in plura indiuiſibile. a ſimili in ꝓ/
poſito perſonari in ſe excludit dependere ad perſo-
Li.3.c.6. nam extrinſecam. ¶ Sed contra. Dam.c.55. Nihil
Quere in enim eorũ que plantauit in noſtra natura deus ver
fonte. bum a principio pſalmans nos defecit: ſed omnia aſ

ſumpſit. totus enim toti vnitus eſt mihi vt totum to
ti tribuat: quod eſt in aſſumptibile: eſt icurabile. vult
dicere igitur ꝙ quecunꝙ entitas poſitiua in noſtra
natura eſt vnita verbo. ¶ Et ꝙ hoc ſit poſſibile de
quacunꝙ probatur ratione: quia quecunꝙ natura
eſt ſimpliciter in potentia obedientiali ad dependẽ
dum ad perſonam diuinam. ſi ergo eſſet aliqua en/
titas poſitiua qua natura eſſet in ſe perſonata illa en
titas eſſet aſſumpta a verbo: ⁊ tunc natura noſtra in
chriſto eſſet perſonata ſimul duplici perſonalitate:
quod eſt impoſſibile: quia ſi creata: igitur per illam
eſt formaliter incommunicabilis alteri perſone: ⁊
per conſequens perſone verbi non communicatur:
⁊ ita in ipſo non perſonatur. ¶ Preterea. ſi aliqua
entitate poſitiua eẽt natura formaliter perſona crea
ta. igitur verbum non poſſet deponere naturam aſ
ſumptam: niſi vel illa maneret non perſonata quod
videtur inconueniens. vel oporteret ꝙ daretur ſi/
bi de nouo aliqua alia entitas qua etiam haberet
perſonalitatem creatam: ſed hoc eſt impoſſibile. il/
la enim non poſſet eſſe entitas accidentalis: quia ac
cidens non eſt ratio formalis perſonandi ſubſtan/
tiam nec poſſet eſſe aliqua entitas ſubſtantialis: qꝛ
nec materia nec forma nec ſubſtantia compoſita: n
quia quecunꝙ talis ſi daretur non maneret natura;
eadem que prius: quia haberet aliam materiam vel
formam vel entitatem ſubſtantie compoſite. ¶ Po. u
teſt igitur dici ꝙ noſtra natura eſt perſonata perſo/
nalitate creata non aliquo poſitiuo tanquaꝫ ratione
formali: quia vltra ſingularitatem non inuenitur ali.
qua entitas poſitiua qua ſingulare completiue ſit in
communicabile: ſed tantum ſingularitati ſuperaddi
tur negatio communicabilitatis ſiue dependentie
que eſt in communicari. Poteſt autem intelligi tri/
plex negatio communicabilitatis ſiue dependentie.
ſicut enim poſſumus intelligere dependentiam ac/
tualem potentialem ⁊ aptitudinalem: ſic poſſumus
intelligere negationem actus dependendi: ⁊ nega/
tionem poſſibilitatis dependendi: ⁊ negationem
aptitudinis ad dependendum. Prima negatio eſt
nuda ſiue ſola. ſecunda eſt cum repugnantia ad ac/
tum. tertia eſt cum inclinatione oppoſita ſiue aptitu
dine contraria. Exemplum. primo modo ſuperfi/
cies ſi eſſet ſine colore omnino eſſet nõ alba: quia ha o
beret ſolam negationem albedinis. ſecundo modo
angelus eſt nõ albus: quia ſibi repugnat albedo. ter/
tio modo lapis eſt non ſurſum. quia in lapide eſt ne
gatio aptitudinis ad ſurſitateꝫ cum inclinatione ad
non ſurſitatem ſicut ad ſuum oppoſitum. ¶ Ad pro
poſitum loquendo de dependentia ad hypoſtaſim
extrinſecam: ⁊ ſpecialiter diuinam de qua modo lo/
quimur ſola negatio actualis dependentie non ſuffi x
cit ad hoc ꝙ aliquid dicatur in ſe perſonatum vel
perſona: quia anima petri habet talem negationeꝫ:
⁊ tamen non eſt perſona. Secunda negatio non in/
uenitur in natura creata perſonabili: quia nulli tali
poteſt omnino repugnare dependere ad perſonam
diuinam. immo quecũꝙ entitas poſitiua in tali na-
tura eſt in potentia obedientiali ad dependendum
ad ipſam. ⁊ per conſequens illa negatio non conſti/
tuit perſonam creatam. tertia etiam negatio non
ſufficit: quia illam habet natura aſſumpta: ipſa enim
cum ſit eiuſdem rationis cum mea natura habet ap
titudinem eiuſdem rationis: ⁊ ita habet aptitudinẽ
ad ſubſiſtendum in ſe: ⁊ non habet aptitudinem
ad dependendum ad perſonam extrinſecaꝫ: nec eſt

incõueniens poſſibilitatẽ eſſe ſine aptitudine: qꝛ ad formas ſupernaturales: ⁊ ſi ſit potentia aliqua in ſuſceptiuo: non tamen proprie aptitudo. qꝛ illa non eſt proprie niſi ad formam naturaliter perfectiuam. Ad perſonalitatem igitur propriam ſiue creatam oportet concurrere duas negationes: primam ⁊ tertiam. ita ꝙ tertia eſt quaſi habitualis neceſſario cõueniẽs nature cui cõuenit. ſiue ſit perſonata in ſe ſiue in perſona aliena: ſed alia negatio. ſ. actualis dependentie ſuperueniens iſti negationi complet perſonalitatẽ propriam. ¶ Ad illa igitur que probant ꝙ perſonalitas propria eſt formaliter per aliquid poſitiuuꝫ ad omnis ſimul eſt vna reſponſio ꝙ nulli ſimpliciter repugnat eſſe cõmunicabile nec tanꝗ̃ cõmunicabile dependere niſi ſibi ſit ſimpliciter proprium aliquod poſitiuum qꝺ ſit ratio repugnantie cõmunicabilitatis: ⁊ dependentie: tamen cõmunicari ⁊ dependere põt ſm quid repugnare alicui per ſolam negationẽ: quia dum negatio illa ineſt: affirmatio non poteſt ineſſe: ſed non propter hoc eſt ſimpliciter impoſſibile affirmationeꝫ ineſſe: niſi illud cui talis negatio ineſt eſſet neceſſaria ratio ꝙ talis negatio conſequeretur: ⁊ tunc negatio eſſet ſimpliciter propria: alias non cẽt niſi ſm quid proprie. Simili enim modo propria eſt alicui negatio ſicut ipſi repugnat oppoſita affirmatio ſola perſona diuina habet incõmunicabilitatem primo modo: qꝛ entitatem aliquam intrinſecaꝫ ſimpliciter propriã: per quam ſibi repugnat poſſe cõmunicari. natura aũt creata lꝫ in ſe ſubſiſtat: non tamẽ aliquid habet intrinſecum per quod impoſſibile ſit eidem dependere. ⁊ ideo ſola pſona diuina habet propriã perſonalitatẽ cõpletã: natura vero creata pſonata in ſe nõ habet: qꝛ nõ habet repugnãtiã ad poſſe dependere: ſed tñ ad actu dependere: ⁊ hoc ſm q̃d. ſ. dum ſibi ineſt negatio dependentie actualis. ¶ Ad formam igitur prime rõnis dico ꝙ incõmunicabile ſimpliciter qꝺ. ſ. importat repugnantiaꝫ ad poſſe dependere non cõuenit primo negationi ſiue alicui ratione negationis: nec talis incõmunicabilitas eſt in creatura etiam in ſe perſonata: ſed tantũ incõmunicabilitas ſm q̃d. ſ. repugnantia ad cõmunicari: ⁊ hoc ſtante illa negatione dependentie actualis: iſta autẽ incõmunicabilitas ſm quid non requirit entitatem poſitiuã ſimplr incõmunicabilẽ: ſed tantũ entitateꝫ poſitiuã receptiuã negationis dependentie actualis ſed incõmunicabilitas ſimpliciter ſi alicui negationi conueniat hoc nõ eſt: niſi qꝛ illa conſequit̃ entitateꝫ poſitiuam ſimpliciter incõmunicabilem. ¶ Per idẽ ad aliam maiorẽ de dependentia concedo ꝙ ſi alicui repugnat poſſe depẽdere: hoc eſt propter aliquã perfectionem vel rationem poſitiuam. ſed illa repugnantia non eſt in creatura: ſed ſola negatio depẽdẽtie actualis. Exemplum. accidenti ſeparato non ſimpliciter repugnat inherere vel poſſe inherere: ſed ſꝫ quid dici poſſet ei repugnare inherere. pro quãto ꝙ ſtante illa ſeparatione non poteſt ſimul ſtare cũ hoc ꝙ inhereret. ¶ Conſimiliter ad illud de proprio dico ꝙ incõmunicabilitas ſimpliciter eſt ſimpliciter propria illi cui conuenit ſic incommunicabilitas. incõmunicabilitas autem ſm quid non eſt ei propria: ſed tantum ſic ꝙ ſoli illi conuenit.

